q̄ de oībus q̄ veniūt rōne funeris. ⁊ de oībus legatis factis eccl'ie apud quā elegit sepultu rum. de sepul. p totū. ⁊ in cle. dudū. co. ti. Fal lit ꝫ in. xiiij. casibus. fm. d. pe. vbi. s. ¶ Prim⁹ q̄ p ꝓsuetudinē vel ꝓscriptionē nihil solvit fm q̄ dictū ē. Secūdus q̄ p priuilegiū pape exīmit a ꝓstatiōe. de reli. do. c. ostitut⁹ de te sta. c. officij. in fi. de sepul. i nō. bmōi sūt ho die fratres minores ⁊ ꝑdicatores p priuilegiū Terti⁹ q̄ legat ad vsus ꝓuilegiatos. de qb⁹ in. c. fi. de sepul. qui sunt. vij casus ꝓmi. de q bus nō debet quarta cpalis. de qbus. ē. in. §. ix. Quart⁹ q̄ eccl'ie donat donatiōe iter vi uos. vt in. d. c. de his. §. si Xo. Quint⁹ q̄ qs post electionē sepulture in aliq̄ monasterio illud intrat ⁊ in eo ,pfitet anteq̄ moriat. Et idē dico si intrauit cū ,ppōsito absolute mu tandi vitā. q⁹ definit cē ꝓchianus alterius eccl'ie. ar. c. bñficiū. de regula. li. vi. Si Xo nō fecit ,pfessionē. nec būit absolute ,ppositū vi tam mutādi debet quarta. fm Archi. in. c. cū quis. de sepul. li. vi. ⁊ videt ver⁹ fm Ho. ibi dem. lz alij dicāt ꝺ. q⁹ religiosus censet ꝺbere domiciliū in monasterio facta ,pfessione taci te vel exꝑsse nō añ. vt dicit Archi. ⁊ Jo. in. c. statutū. de rescrip. li. vi. Et idē videt dicēdus de leprosо q intrauit domū leprosoꝝ q̄ nō ꝺ bet fm Bu. Sec⁹ de illo q recipit in ꝓfratrē q tū retinet bona sua q̄ ad ,pprietatē. q⁹ debet quarta. c. cū ⁊ plantare. de ꝓuil. q⁹ nō trāsit i religionē. Sec⁹ si solū sibi retinuisset vsūfru ctuz suoꝝ bonoꝝ. q⁹ gauderet ꝓuilegio religi omis. c. vt ꝓuilegia. de ꝓuil. Sext⁹ q̄ qs legat eccl'ie in q̄ nō sibi elegit sepultrā. nec sepelit ibidē fm glo. ordinariā. in. c. de sepul. ⁊ idem Jnno. in. c. ij. de sepult. ⁊ Archi. in. c. i. co. ti. li. vi lz in. c. placuit. xiij. q. ij. tenuisset q⁹ deberetur hoc. idē ,pbat. Jo. an. in. c. i. ⁊. c. certificari ꝺ sepul. in glo. ⁊ in cle. dudū. §. vez. vbi repro bat opi. Host. tenētis ꝓximū in. d. c. ij. ⁊ ē opi. vera. alia Host. reꝓbata fm. d. An. in. d. c. certificari. nā talia debēt cē subiecta q̄lia ꝑdi cata. xxxij. q. ij. aplus. Septimo fallit q̄n de facto sepelit. vtputa q⁹ erat ibi interdicta ec clesia vel ciuitas. fuit tū de facto ⁊ ꝺ volūta tem fratꝝ sepult⁹ i coꝝ eccl'ia ⁊ multa oblata mā fm Fe. cōsi. crir. ⁊ sequit Bc. in. d. c. i. de sepul. li. vi. nō debet quarta. Nō. q⁹ talis tpe interdicti nō pōt eligere sepulturā apud mē dicantes. vt nōt. Jnno. de pui. c. vt ꝓuilegia ⁊. c. cū. ⁊ plātare. ⁊ ꝺ pe. ⁊ re. quod in te. q̄ alis liceat ipsis recipe mortuaria vt ozent ,p defū ctis si cū pnia decesserūt. xi. q. iij. q̄ūq⁹. facit qꝺ nōt Jnno. in. c. tāta. de excel. ꝓla. Jtē quia quarta debet rōne iniurie facte eccl'ie prochi ali. d. c. certificari. ergo nullā iniuriā ei faciet cr q̄ ibi nō poterat sepeliri imo pl⁹ dicit idez Fe. q⁹ si mēdicātes spōte cū tali tpe sepelīūt ñ debet quarta. lz tenent tanq̄z violatores iter dicti cle. i. de sepul. ⁊ i. c. si canonici. ꝺ offi. ord. li. vi. tūc n. solū debet quarta q̄n sepelīūt i casu a iure cōcesso. sec⁹ si sepelīūt i casu a iure ,pbi bito. vt in. c. ex pte. el ꝓmo. ⁊ in. c. cū liberū. ⁊ i. c. i nō. in fi. de sepul. ⁊ ibi dicit Jnno. q⁹ q̄n de facto nō de iure sepelit debent corp⁹ ⁊ ab solutiones que rōne sepulture facte sunt. sed nō legata facta nō rōne sepulture vel occasi one ipsius. Et ita ꝓz q⁹ si ꝺ facto sepelit ꝺ vo luntatē illi⁹ cui⁹ ē eccl'ia. q⁹ nō tenet ad quar tam aliquā lz tenet ⁊ corp⁹ ⁊ oia que rōne se pulture habuit restituere. lz nō quartā de le gatis factis nō rōne sepulture vel ei⁹ occasi one. Similit nō debet ꝺ his q̄ amici de bōis ipoꝝ tūc offerūt. Octauo fallit q̄n eccl'ia pro chialis erat interdicta ⁊ nō prochiani nā tūc eccl'ia nō bēbit quartā. siue prochianus sepe liat alibi ex electiōe sua. siue nō. vt q⁹ alibi ē sepulchrū suoꝝ maioꝝ fm pe. ⁊ nōt. Bc. in. c. i. de sepul. li. vi. Mono. q̄n reuocat electiōz quā fecit legādo. ⁊ alibi elegit sepulturā ⁊ se pelit. q⁹ paria sunt nō eligere ⁊ electā muta re. ff. de adi. le. l. i. ⁊. ij. Sz ꝓmo casu nō debet vt. s. dictū ē. q̄ nec in secūdo. Jta ꝓsulit Fede. consi. x. Bc. in. d. c. i. videt tenere q⁹ reuocata electione sepulture reuocet ⁊ legatū. ⁊ dabit illi eccl'ie vbi elegit sepeliri. q⁹ surrogatus ꝺz intelligi surrogat⁹ cū oib⁹ qualitatib⁹ onere ⁊ honore. l. i. §. hec actio. ff. si qs te. li. esse iust. fuc. Et iō onus etiam emolumēti ꝓmutat. ⁊ cōtra. Lalūne. §. scia. ff. ꝺ adi. le. Et dicit vez nisi aliter constet de volūtate legātis. ⁊. q̄n lz elegerit. tū nō sepelit ex facto heredez vel ex facto cōtingēti circa ꝑsonā ꝺfuncti. puta q⁹ mozit nimis longe. vel heredes nolunt ad ec clesiam electā ꝺferri. q⁹ verba sunt itelligēda cū effectu. l. i. ff. qꝺ quisq⁹ iur. ⁊. l. ea quidē. C. si man. ita. fuc. alie. ter. ē in. c. relatū. de cler. nō resi. ergo cessabit canonica. cr q̄ ibi nō sepelit Jta tenet Fede. vbi. s. ⁊. d. pet. vbi. s. Bc. tū i ꝺ. c. i. videt sentire q⁹ isto casu eccl'ia nō ꝑdat legatis factis grā sepulture. vt nō. in. c. in no stra. ꝺ sepul. Et iō forte nec sua quarta eccl'ia

parrochiali. ri. cum legat ,p incertis male. fm d. pe. vbi. s. xij. quādo legatū est eccl'ie parro chiali tū quātū ē quarta ꝑs legatoꝝ facto ecclesie electe fm. Mos. in. d. c. officij. ⁊. d. pe. vbi. s. Alij volūt q⁹ non computabit sed sol uet quarta eccl'ie electe ac si nihil ecclesie pro chiali esset legatū sicut Bof. Rai. in summa Jo. in. d. c. officij. Fede. consi. iij. Jo. de lig. in d. cle. dudū. Tu Xo tene q⁹ si consuetudo esz q⁹ teneret tū legare ecclesie prochiali tūc ve ra fit seda opi. vt non computet. Si vero di cta consuetudo non est. sic cōputabit. ⁊ si mi nus est supplebit. sicut filius facit in. l. si q̄s. C. de inoffi. testa. Si plus est legatū ei quam sua quarta nō defalcabitur. xiij. q̄n tpe testa mēti ⁊ legati nō elegit sepeliri sed postea tpe mortis elegit sepulturam. facit. c. relatum de sepul. in. i. glo. Ber. in. d. c. de his. dicit se du bitare. Sed ego credo non teneri. nisi fiat in fraudem. xiij. q̄n prochianus non potuit au dire diuina. nec ꝓcipe ecclesiastica sacramēta in sua prochiali ecclesia ꝓp vacationē longo tpe ⁊ alibi elegit sepulturā fm bal. i suo tra ctatu. De ꝫ rō. q⁹ q̄ leganť ,p labore. cessante eo. cessat ⁊ legatū. l. scio. i fi. ff. de ānuis. le. Cū ergo quarta debet ,p administratiōe sacroꝝ ⁊ celebratiōe. vt ꝓz in. d. cle. dudū. §. vez. ibi. cū mercedis exhibitio. ꝓz q⁹ ñ debet. q⁹ cessan te cā finali cessat effect⁹. de q̄ de trāsac. c. iter corpalia Jo. Xo ⁊ Jo. in. c. relatū. de sepul. ⁊ ¶ Oct. vbi. s. tenēt q⁹ imo debet. q⁹ viciū ꝑla ti nō ꝺz nocere eccl'ie. Sz ego teneo cū Bal. Et dico q⁹ viciū ꝑlati nocet eccl'ie in acqren dis. vt nōt in. c. vt ſnp. de reb. ec. nō alie.

15 ¶ Vtr̄ ꝺ legato facto rectori eccl'ie i q̄ elegit sepulturā ,p missis dicēdis p rectorē debeat. xiij. prochial. ſ. q⁹ sic. q⁹ ēt debet quarta cpa lis. vt in. c. sic cū inter vos. de ver. sig.

16 ¶ Vtr̄ de donatiōe cā mortis debeat. ſ. q⁹ sic q⁹ accedit magis legato q̄z ꝓtractu. l. fi. C. de don. causa mor. cle. dudum. de sepul.

17 ¶ Cui debet canonica portio. ſ. episcopalis debet epo dioces. prochial Xo debet eccl'ie. vbi audit diuina ⁊ ꝓcipit ecclesiastica sacra mēta. ter. ē in. c. cū qs. de sepul. li. vi. vel debet ꝓcipere de iure. Si Xo trāstulit domicilium aliczbi ⁊ mozit anteq̄ nouuz domiciliū acq fierit tūc debet eccl'ie prochiali in q̄ mozit ꝫz Archi. in. c. i. de sepul li. vi. Mug. Rai. Bof. ⁊ Bin. in. c. nos. de sepul. q⁹ volūt q⁹ ibi ꝺz se peliri si nō elegisset. Sz tenēdo opi. Jnno. in. d. c. nos. insti. de sepul. q⁹ ꝺz sepeliri in eccl'ia cathedrali si debebit. Si Xo ꝺz domiciliū in diuersis prochijs vt sunt reges. tūc ē equū q⁹ diuidat lz nō credo necessariū lz ꝺabit eccl'ie in q̄ mozit. lz Ho. ⁊ Jnno. dicant diuidendā.

¶ Quid si audit diuina i vna. in alia Xo re 18
cipit sacramēta. ſ. Jnno. ⁊ Jo. in. c. de his. ꝺ sepul. Archi. in. d. c. cū quis. q⁹ fiet diuisio por tionis. c. l. ⁊. c. relatū. de sepul. limito si vtraq̄z ꝺz cimiteriū ⁊ curā. allas nō. arg. c. si ecclesia. de consecra. eccle. vel alta.

¶ Quid de istis receptis in cō fratrib⁹ reten 19
tis bonis suis. ſ. H. ⁊ Bof. q⁹ sicut nō eri munt a iurisdictione epi. ita debetur quarta ꝺ legatis per ipsos. De quo dic. vt. s. §. xiiij.

¶ Quomodo extrahent iste quarte. ſ. Jo. 20
in sum. ꝺ sepul. q⁹ extrahet primo. quarta epi scopal. q⁹ antiquior ⁊ dignior debitū prochia lis si venit extrahenda. Si vero prius fuisset quarta prochial extracta. sic eps hēbit quar tam quarte prochialis ⁊ quartā de reliquis.

Anonicus ꝺz facere que ad canonic officiuz spectāt. Et si puer ē per aliū. vt de cra. ⁊ qua. c. ij. ff. de ōcurio. l. spurij. §. minores.

¶ Vtr̄ possit cē laic⁹. ſ. fm Vin. q⁹ nō pōt 1
tū laic⁹ ex iusta cā hr̄e ꝑbendā. cr̄ de ꝓsti. c. cū Jo. ferrariensis. ⁊ ibi. ¶ Da. hoc tenet.

¶ In quo sunt interrogandi. Vide infra. In 2
terrogationes.

Anonizatio sanctoruz fm Jnno. i. c. audi uim⁹ de reli. ⁊ ve. san. ē canonice ⁊ re gulariter statuere q⁹ aliqs honorē ,p sancto. puta q⁹ fiat officiuz ,p co solēne sicut ,p alijs sanctis qui sunt eiusdē ꝺditionis. vt si ꝓfes sor fiat officiū ꝓfessoꝝ. si martyr. martyruz.

¶ Que requirunt in canonizatiōe. ſ. Jnno. 1
vbi. s. q⁹ regl'r ,pbatiōes ꝺ fide ⁊ excellētia vi te. ⁊ miraculis eius. cr̄ de testi. venerabilis.

¶ Vtrū oratio sit fundēda ad nō sanctū. ſ. 2
Jnno. vbi. s. q⁹ sic. ad aliquē vix q credit bo nus. vt ,p se intercedat ad deū. q⁹ deus fidem illoꝝ attendens etiā si ille nō esset bon⁹. ꝑces coꝝ acceptaret. ar. xxxij. di. §. verum. xv. q. vl tima. c. fi. Nō tamen licet de eo facere offici um solēne vel preces solennes.

¶ Vtrū alius q̄z papa possit canonizare. ſ. 3
Jnno. ibidem q⁹ non.

Antus in ecclesia inuent⁹ ē ad ,puocandā ꝓpunctōnē

Universidad de Deusto
Biblioteca

in animos auditorum. xxi. di. clerus ante fi. de consc. di. v. non mediocriter.

1 ¶ Vtr cant⁹ theatrales sint cantādi i eccle/sia. ℟. q⁹ nō. nec i modū tragediax. ſz cantandū ē cū cordis duotiōe. xciij. di. cātātes. ⁊. d. c. nō mediocriū. ⁊. xxxviij. di. sedulo. xxij. q. i. q⁹.

Apitulum

pōt sede vacāte absoluere ab excōicatiōe tā iuris q̄z hois a q̄ cp̄s absoluere potuisset. nisi a sede ap̄lica spāliter fit ei interdictū. c. vnico. de ma. ⁊ obe. li. vi.

1 ¶ Vtr possit dispensare in casib⁹ in quibus ꝓmittitur cp̄o dispensatio. ℟. Fe. ꝓsi. xxix. q⁹ sic. ⁊ notat. ſſDa. in. c. cū olim. de ma. ⁊ obe.

2 ¶ Vtr possit dare cōfessorē seu absoluere i casibus cp̄o reseruatis. ℟. ſſDa. vbi. ō. q⁹ sic.

3 ¶ Vtr ptās capituli ꝓsistat i maiori pte. ℟. Mo. co. ti. q⁹ i maiori ⁊ saniori. Ita q⁹ totum capitulū dr̄ facere q⁹ maior ⁊ sanior ps facit. c. cū in cūctis. de bis q̄ fi. a ma. par. ca. Fallit B i trib⁹ casib⁹. ſſPrimo q̄n aliqd ē plurib⁹ cōe nō vt collegiatis ſz vt singulis. q⁹ tūc nō valet q⁹ fit a maiori pte. ſz oz ꝓsentiāt singuli. ff. de ser. ru. pre. l. per fundū. ō ꝓsti. c. cū oēs. Secūdus q̄n maior ps capituli deligit ⁊ ꝓpterea ē ꝓuata ptās sua. vt in. c. bone memorie. el ꝓmo. ⁊. c. cū nobis ō elec. cū si. ⁊. c. gratū. de postu. pre. q⁹ tūc tota ptās capituli residet i minori pte q̄ ñ deligit. nōt ſſDa. i. c. i. de bis q̄. fi. a ma. par. ca. Tertiꝰ i electiōe romani pontificꝭ vbi oz q⁹ due ptes ꝓsentiāt. c. ſz. de elec.

4 ¶ Sz q̄ dr̄ maior ps capituli ⁊ saniorꝰ ℟. Mo. q⁹ illa q̄ nititr̄ maiori rōi ⁊ pietati. ir. di. sane q⁹pc. ꝓsumit̄ tñ sp̄ ꝓ maiori pte ⁊ illi stat̄ nisi ꝓriū ꝓbetur. lxi. di. null⁹. ⁊. d. c. i. de elec. dudū Mlta tangunt doc. de ptāte capituli in. d. c. cum olim q̄ nō pertinēt ꝓfessorib⁹. vide ibi.

Haracter

quid ē. ℟. sanctus Bo. i. iiij. di. vi. q.

Ipme ptis fm cōem opi. ē q̄dā spūal q̄litas aie. Vñ nō ē pas̄io vel potētia aie immo ē habit⁹ in ꝑma spē q̄litatis accipiendo cōiter habitū ꝓut ꝓbēdit oēm q̄litatē aiaz disponentē. siue facile mobilē. siue pfectā. siue ipfectā. Vñ dr̄ habit⁹ q⁹ ē ꝑpetu⁹. ⁊ q⁹ nō ꝑficit. ſz ad vtilioꝝ pfectionē disponit. i. ad gratiam potest dici dispositio.

1 ¶ Ad qd dat. ℟. sanct⁹ Bo. vbi. ō. q. ij. q⁹ ad quattuor. ſſPrimo ad significandū. Secundo ad disponēdū. Tertio ad assimilandū. Quarto ad distinguendū. Mā cū sit signū sacramētale signat gr̄am gratū facientē. nec solū sigt ſz disponit ad eā q⁹ vsus sacramēto x̄ nō est tm̄ in significādo. ſz etiā in disponēdo. Et q⁹ disponit ad gr̄am hz aliquā similitudinē cuz gr̄a q̄ ē similitudo dei. Jō aliq̄ mō ꝓsignatur deo. ⁊ q⁹ oēs ꝓsignat deo. ⁊ sic vni assimilat gregē dñi inq̄ se. ⁊ sic distinguit ab his q⁹ nō sūt de grege dñi. vel ēt q⁹ distinctionē facit i eo ō grege. fm aliam ⁊ aliam rationē assimilādi.

¶ Vtr ip̄imat̄ in oib⁹ sacris. Nñ. sāct⁹ Bo. 1
vbi. ō. q. iiij. q⁹ nō. nisi tm̄ in trib⁹ sacris. ſſPrimo in baptismo in q̄ fides gignit̄. ⁊ distingui turꝑpl's ifidelis a fideli. Scdo i ꝓfirmatiōe in q̄ fides roboratur. ⁊ hō vt pugil ad pugnā dī vngit̄ ⁊ ab infirmis discernit̄. Tertio i ordine in q̄ virt⁹ multimoda datur. ⁊ homo vt sanct⁹ ad ministeriū tēpli a laico seꝑatur.

¶ Vtr sit idelebilis. ℟. scūs Bo. vbi. ō. q. v. 3
q⁹ sic. Nō ē ex pte cāe volūtarie. ſ. dei ip̄imentis ⁊ ex pte subiecti nō ē ꝓncipalii i affectiua q̄ marie vertibilis ē. ſz in tota imagie. ⁊ ꝓncipaliter in cognitiua. q⁹ imago ꝓncipalit cō sistit i cognitiua. vt dr̄ in li. de spū ⁊ aia tuz ex parte finis. q⁹ nō datur ad actum alicui⁹ virtutis vel sciētie. ſz ad actū distinguendum.

Arcer

vtrū qs possit se icludi facere i arto carcer̄ ad penitētiā pagēdā. ℟. ſſDa. in. c. venēs. ō regula. q⁹ sic. ex illo. c. ⁊. c. q⁹ vere. xvi. q. i.

¶ Vtr liceat incarcerare aliquē. ℟. q⁹ sic fm 1
ordinē iusticie. ſ. aut in penā. aut i cautelā. Et B ptinet ad eū q⁹ vniuersali hz ō actib⁹ ⁊ ei⁹ vita disponē. ali⁹ si pōt nisi ad bonā ne aliqō pcm faciat. vl' vt iudici rpñtet ſz tho. fa ſc.

¶ Vtr cedēs bōis possit icarcerari /q. lxv. 2
ꝓ debito. ℟. q⁹ nō. Mā vt tz ſſDa. in. c. latoz. de pig. nō pōt qs ēt per pactū se obligare carceri ꝓ debito renūciādo bñficio cessiōis bonoruz. q⁹ ē ō bonos mores. Idē tz Wy. per. ℣. eleg̃t. i. l. alia cā. ff. so. ma. ⁊ Riza. allegat glo. i aut. imo. C. de ac. ⁊ ob. Et putat vex Bar. in d. ℣. elegant. nisi i duob⁹ casib⁹. ſſPrimo si alie nauit oia sua bona i fraudē creditoz. casus ē i. l. fi. i fi. ff. q̄ in frau. cre. q⁹ tz Wy. i. ℣. si qs in fraudē. instī. de ac. Secūdo si debitor tpe quo ꝓrie se nō soluēdo ēt. vt. ff. de in. do l. pe. Mā in istis duob⁹ casib⁹ nō dabit̄ sibi bñficiū cessiōis bonoz. Et placet mihi ista opi. q⁹ eū ⁊ se quenda i ꝓscia. ſz alij ꝓriū tenēt q⁹. ſ. possit i carcerari simplicit. Adde ēt q⁹ reneri facē aliquē i carcē ꝓ debito. aliqñ ē ō ꝑceptū charitatis ꝓrimi. vtputa qñ i nulla culpa ē de dāno ꝓrimi. ⁊ nō habeat vñ satisfaciat ipe. nec ꝑ alios ꝓ eo fit satisfactum⁹. sec⁹ si fuit in culpa. q⁹ tūc ad penā posſz ōtineri. qō bñ nō.

3 ¶ Vtr incarcerās aliquē iniuste teneat̄. ℟. q⁹ siue sit iuder siue nō tenctur de oi dāno ci dato ad restitutiōez. ⁊ ēt de iniuria sibi satisfacere arg. c. penale. cum ibi notatis. xiiij. q. v. Et gēliq⁹ ꝓuat⁹ aliquē icarcerauerit. ēt ꝓ manifesto crie. capite punit̄ de iure ciuili. vt. C. ō coarta. l. oēs. li. xij. Cōmittit. n. crimē lese maiestatis. ⁊ vltio supplicio punit̄ qsqs hz carcerē ad ōtinendū aliquē. vt. C. ō ꝓua. car. l. vnica Vex itelligit glo. ſ. publice accusatū. Secꝰ si ad ōtinendū ꝓrios seruos ne fugiant.

4 Vtr ille q iurauit redire ad carcerē teneatur ℟. ſſDa. in. c. fi Xo. de iureiur. q⁹ sic. ēt si sit sibi periculū mortis. dūmō carcer nō sit iniurio/sus. ō q̄ dicit glo. i cle. pastoralis. i Xbo ꝓ cui/dentiā. de re. iudi. q⁹ nō tenetur tūc redire.

5 ¶ Vtr ꝑ ei⁹ gesti ꝓ incarceratum ⁊ alcat. ℟. ſſDa. in. c. accedēs. de ꝓcu. q⁹ dcent⁹ in carcē publico ⁊ iuste. si ē dānat⁹ pena capitali non valēt. q⁹ ē effect⁹ seru⁹ pene. ⁊ bona sua veniunt ad succedētes ab itestato. nisi in crīe lese maiestatis. vt in aut. bona dānatoz. C. ō bodam. vñ ēt nō pōt disponere ad pias cās fm Jo. an. in. c. ij. ō vsur. li. vi. Si nō est sic dāna tus valēt. vt nōt. i. l. q in carcerē. ff. qō me. cā ēt cū eo q eū fecit detinere. vt dicit. Bar. ibi/dez. Aut detinct i carcere iniurioso. Et sic cū illo q eū tz nō valēt ſz dñt rescindi actiōe. qō me. cau. d. l. q i carcerē. Eū alio aūt valēt nisi ad B detineatur iuſt nō. in. c. dñs. ō secū. nup.

De capto ab hostib⁹ i bello. nihil dico. q⁹ hodie. vt viri. ō. bellū nō efficitur seru⁹. de consuetudie. ⁊ iō valēt ꝓctus ꝑ eū facti. Iz secus sit de iure. vt i. hei⁹ q. i ꝓin. ff. de testa. ⁊ in. l. diu⁹. ff. de iur. fis. Et nō. fm eundē. ſſDa. vbi. ō. q⁹ nō dr̄ liberat⁹ a carcere q custoditur. Et iō oz sit i loco tuto. vt nō. Bar. in. d. l. q in carcerē ꝓ practicā illoz qui adducūt aliquem de carcere ⁊ custoditur ibi per familiam.

¶ Nō. q⁹ inder dz visitare carceratos ⁊ facē q⁹ hēant necessaria. vt. C. de epi. audiē. Liij. et pōt liberare eū quē videt ad nullis istātiā vl' sine ō icto. aut eā ōbita detētū. et mero offō. vt nō. bar. i. l. si qs vxo. ℣. si fugitiuū. ff. ō fur.

Aritas

ē fm Aug. rectissima affectiō q̄ diligit dē ꝑ se ⁊ ꝓximū ꝑ deū. Et idē i. iij. sen. di.

¶ Vtr teneamur ex charitate dili/gere deū ex toto corde. tota aia. ⁊ tota mēte. xxviij. 1
dr̄ Mat. xxij. ℟. Bo. i. iij. di. xxvij. q. vlt. q⁹ ñ ꝑ exclusionē affect⁹ crnei. ſ. q⁹ nihil sit i amore nr̄o nisi dē⁹. nec i cogitatiōe. nec i mēte q⁹ ipossibile est sic iplere i hac vita. ſz ꝑ exclusionem affect⁹ ꝓrij sic tenemur. hoc ē q⁹ nihil diligam⁹. ō. deū vel equaliter ipsi deo.

¶ Qui sunt diligēdi ex charitate. ℟. ſz fm 2
Bo. in. iij. di. xxviij. ar. i. q. i. ⁊. ij. q⁹ sūmū bonuz vel cui sūmū bonū ē natū vnri vel vnif ꝑ cognitionē ⁊ amorē. Hoc aūt bonū vnitur vel ꝑticipatur ab aliqb⁹ i actu. vt i beatis. Aqbusdā in vitu. vt i iustis viatoribus. Aqbusdam in potētia solū. vt. i malis viatoribus. Inqbusdā nullo mō reducibilis ē ad actū vt i dānatis ⁊ creaturis irrōnabilib⁹. ſſPrimi sunt marie ex charitate diligēdi. Secūdi min⁹ q̄z ꝓmi. Tertij min⁹ q̄z secūdi. Quarti nullo mō sunt diligendi ex charitate. q̄uis amore quē includit vel iperat charitas i quātū dei creature possunt diligi. nō ita q⁹ charitas feratur directe ad. ipos ſz ad deū cui⁹ sunt creature.

¶ Vtr sit aliqs ordo charitatis. ō ꝑcepto. 3
℟. sanct⁹ B. vbi. ō. q. vlt. q⁹ sic. ſz Aug. ō doc. christiana. Et ꝓmo sup oia diligendus ē dē⁹. Secūdo q⁹ nos sum⁹. Tertio q⁹ iuꝝ nos ē. ſ. ꝓximi⁹. Quarto q⁹. ī. nos ē. ſ. corꝑ⁹. ꝓpriū ⁊ corpus ꝓri. de. pe. di. ij. ℣. itē hec ē charitas.

¶ Vtr ꝑfat⁹ ordo attendat̄ penes affectū ⁊ 4
effectū. ℟. sanct⁹ Bo. vbi. ō. di. xxix. q. vi. q⁹ attedit penes vtrūq; ſz sciēdū q⁹ affect⁹ accipitur aliqñ ꝓ motu. Et sic ē q̄dā rōnal' eligēdi ia Est aūt iste affect⁹ alicui⁹ a charitate elicit⁹. ſ. q̄ qs optat alteri sūmū bonū. ⁊ quātū ad istū affectū ꝫ esse ordo. ⁊ q⁹ magis mihi q̄z patri ⁊ magis pri q̄z alij debeo optare vitā eternā Aliqn affect⁹ ē a charitate ipat⁹. vt ē ille qui optat alteri aliqd bonū tpale qō est ordinatum ad ꝑseruatiōnē nature. ⁊ sic fm diuersas ꝓdictiōes ordo pōt ꝓdict⁹ posterari. affectus aūt qñ accipit nō ꝓ motu ſz ꝓ passiōe. idem ē q⁹ q̄dā mulcedis ꝓplacētia. ⁊ isto mō minime respicit a charitatis ordine. q⁹ potiꝰ respicit sēsualē experiētiā q̄z rōis eligētiā. sic patz q⁹ pl⁹ delectat̄ qs cū videt amicū q̄z ō pre absolute. q̄uis pl⁹ diligat pfem. cui⁹ signū ē. q⁹ pl⁹ faceret ꝓ pre. Effect⁹ aūt ē triplex. ſſPrimus respicit salutē aie. ⁊ huc respicit ordo charitatis ꝓncipalit. q⁹ ꝓmo debeo ꝓcurare salutez meā q̄z ꝓximi. ⁊ ꝓi⁹ ꝓris q̄z cīnei. Secū/

Universidad de Deusto
Biblioteca

dus respicit sustentationē vite. & tūc respicit minus principaliter. qz sm diuersas ꝓdictiones & oportunitates dz homo magis & minꝰ esse benefic9 in collatiōe alicuiꝰ tpalis. Tertius est in collatione bñficij eccl'iastici. et tūc minime respicit. qz i talū collatiōe dignitas meriti solū est attēdenda. & parū vel nihil ,propinquitas sanguinis.

5 ¶ Vtr̄ hō teneaf ex charitate subire mortē ,p rp̄o. fl. fz Bo. vbi. ꝛ. q. ij. Aut adest necessitas vl' ōsecrēdi insticiā vl' amittēdi vitā. & sic glibet teneꝫ magis mori dilecto deo q̄z eo offenso viuere. Et ħ dico si daf optio vel q̄ insticia deseraf. vel q̄ vita pdaf. Addo q̄ cum qs videt q̄ p mortē suā pōt fides seruari vl' iusticia. & psecutio nō ē psonal. fz vniuersalis tūc teneꝫ ō ꝓcepto sustinere mortē. vñ plat9 teneꝫ se morti exponē qñ videt q̄ ex fuga sua sequeꝫ dispēdiū i fide vl' in iusticia i eccl'ia & sil'r glibet sicut fecit Tho. cāturiēsis. Aut ad est solū oportūitas manifestādi diuinā gl'iaz & edificādi eccl'iaz. Et isto mō ē supererogatōnis. ñ necessitaf ad quā pfectōez ñ oēs teneꝫ Si aūt hō daret se morti ,p rp̄o. eo q̄ vitam suam haberet exosam. mortalissime peccaret.

6 ¶ Vtr̄ hō erūs i charitate teneaf ad pfectō ncm. fl. sm sc̄m Bo. vbi. ꝛ. q. iij. q. v. modis obligaf qs ad aliqd. ¶Primo pp diuinū mandatū & sic nō magis obligat q̄z alij nisi ex eō. qz maiorē gr̄az hz. Secūdo obligaf pp votū emissuz. & sic solū q̄ fecit teneꝫ non q̄ nō fecit. Tertio pp susceptū officiū. & sic glibet teneꝫ ad illā pfectionez q̄ regrit necessario ad illud officiū sicut i plato rgimē subditorꝫ. Quarto pp vitandū scādalū. vñ tūc teneꝫ ad opa crēplorꝫ q̄ñ aliter scādalū sequeref. Quinto pp ꝺscīe iudiciū q̄ dictat de necessitate fiendum

7 ¶ Vtr̄ charitas semel habita possit amitti i via. fl. sm cōiter doc. in. iij. di. xxvij. q̄ sic. et aliter tenere cēt erroncū. qz charitas ñ tollit ꝟrilitatē. ar. i cor. x. tu q̄ stas vide ne cadas.

9 ¶ Quō amittif. fl. p peccatū mortale solū p qō volūtas auertit a deo. vñ Aug. sup ge. li. viij. dicit q̄ hō deo pūte sibi illuminaf p charitatē. absīte ꝟo ꝺtinue teneaf. a q̄ nō locoruz iteruallis fz volūtatis auersione discedif.

9 ¶ Quō recupaf. fl. q̄ p pūtiam q̄ tollit auersionē illā. Vñ Aug. li. v. ꝺfe. ¶Pnia ē q̄dā res optia & pfecta, oēs defectꝰ reuocās ad pfectū

10 ¶ Vtrū qs possit scire certitudinaliter i hac vita se habere charitatē. fl. q̄ ñ. ecc. ix. nemo scit vtrū odio vel amore sit dignꝰ. Et rō vna ē pp charitatis & dilectiōis acq̄site similitudinem. vt dicit Ber. de amore. Alia pp diuinam dispensationē p quā deus claudit oculos seruoꝝ suoꝝ ne extollant. Alig tñ dicunt q̄ hoc est verꝫ loquēdo de charitate finali ,p omni tpe & absolute. fz accipiēdo ,p charitate aliq̄ mō. nūc hō pōt scire certitudine fidei se charitatē hre. puta cuz adultꝰ bñ dispositꝰ baptizaf. vl' qs suscipit sacramētū pnie sine obice peccati mortalis i volūtate inherentis.

¶ Vtrū opa bona facta extra charitatē vale ant. fl. q̄ nō quo ad pmiū vite eterne. vl' quo ad diminutionez pene debite peccatis directe. sed bene valent indirecte. De quo dicam j. penitentia. ꝟ. xiij. & satisfactio. ꝟ. vi. II

¶ Vtrū bona facta in caritate & p peccatuz mortale mortificata reuiuiscāt p veram penitētiam. fl. q̄ sic. sm cōiter theo. in. iiij. di. xxij. I2

Asitas ēt iuenīt i matrimonijs cōiugio ter. nōbilis ē i c. nicena. & c. aliter. xxxi. di. & ar. i. c. vt cle ō vi. & bone. clc. & gl. i. c. q̄ō añ. ō clc. cōiuga.

¶ Vtrū mulier q̄ mortuo viro cuz alio ꝺbit amittat legatū sibi factū sub ista ꝺditiōe. si caste vixerit. fl. Bar. i. l. mlier. ꝟ. cū ꝓponeref. ff. ad tre. q̄ nō nisi aliud senserit testator. vel hēat vsus loquēdi. qz Nba dubia dñt i ꝺctu i telligi sm cōem opi. faē q̄ nōt idē Bar. i. l. labeo. ff. de sup. leg. & i. l. oēs populi. ff. ō iu. & iu. & Inno. i. c. oli de ver. sig. & glo. in. c. nōnulli. de rescrip. qz cōis vsus loquēdi pferē ,ppriesignificatōi Nboꝝ i q̄cunq̄z mā. Idē Bar. i. l. v. q̄ icipit gnāliter. C. de secun. nup. q̄ lucreꝫ fz & facit ille ter. cū aūt sua. Idē fz ¶Da. in. d. c. vt clericoꝝ. & addit q̄ addat si casse vixerit & i viduitate. Vide ,p ħ qō legif i. l. vnica. C. si ꝺ nup. Limitat Ang. in autē. quō oporteꝫ. ꝟ. hec de deo. vex si nubat tñ semel p ter. i. l. boues. ꝟ. ħ sermōe. ff. de ver. sig. p quē ter. dic q̄ si qs religt sua bona ,p maritādis mulieribus indistincte q̄ itelligef solū ō mlieribꝰ primā vice contrahentibus. non de viduis. I

Astratus vtr̄ possit ordiari. vide. j. coꝛpe vitiatꝰ. ꝟ. i

Alus epis refuati q̄ sūt. fl. q̄ ō casibꝰ a iure reseruatꝫ modica ē ꝓtroversia iter doc. Cōiter. n. doc. se remittūt ad glo. i. c. si epꝰ. de pe. & re. li. vi. q̄ pōt vi. casus. ¶Dim9 ē de excōicatiōe maiori. Et ħ itellige ō illa quā ꝺditor canōis sibi vl' alīi reseruauit. qz allegat. c. nuper. ō sen. ex. Et iō dic vt. ꝛ. Absolo. ꝑmo. ꝟ. ij. Secūdus de blasfemante publice deū. vel sactos. Hoc verū similiter qñ denūciaf epō & pōt ꝓmitti. quia allegat. c. ij. de male. qō quidez loquif de foro ꝓtentioso. vt patet intuēti. ergo videf q̄ si ñ denunciaf epō. nec cōtra eū aliquis ,pceditq̄ in foro aie possit a ,ppio sacerdote absolui. cū pena nō debeat excedere ca am suū. vt ē dicti. blasfemia. ꝟ. iiij. Tertiusꝰ de sortilegijs allegat. c. ij. de sorti. fz nihil facit. qz si faceret potius esset casus reseruatꝰ pīarce q̄z epo qz pīarce ꝓmittif illiꝰ sacerdotis absolutio et dispensatio. Et iō nō videf reseruatꝰ. quartꝰ ꝓmutatio votoꝝ seu dispensatio. & hoc verū est q̄ pertinet sm communiorem opi. ad epi scopos. ca. i. de voto. Quintus est restitutio incertoꝝ. allegat. ca. cū sit de iudeis. fz nō facit. vt. j. Restitutō. ij. ꝟ. xiiij. nisi i manifestis vsurarijs. vt dicef. j. vsura. ij. ꝟ. viij. Sextus est cōtractꝰ matrimonij ꝺ interdictū ecclesie. allegat. c. pen. & vlti. de ma. ꝺ. ꝺ inter. ec. Et ē verꝫ qñ epꝰ pēipet alicui ne ꝓtraheret pz aliquā rōnabilē cām & talis ꝓtēneret. qz tūc ad epm eēt mittēdus pp honorē. ar. c. grane. de ꝓben. Septimꝰ clandestinū matrimoniū cōtractū. de clan. de spon. c. cū inhibitio. sed nihil dicit de hoc. c. illud. Do. tñ ti. de penitentia ponit primū secundū & quartū. & post ponit ,p quarto. sm cū de solēni penitētia allat l. d. c. miror. ꝛ. c. in capite. Sed hoc tantū ꝓ notorio iponi debet. vt patet. xxvj. q. vj. c. vl. in ter. & in glo. Vbi ergo talis penitētia a prelatis cōiter non iponit ,p talibus. non video quin inferior possit absoluere. Quintus sm ¶Do. ē dispensatio irregularitatis in clerico. Et cōcedendum est. Sextus de incēdiarijs añ denūciationē. Et satis facit ad hoc. c. pessimā. xxiij. q. viij. in verbo siqs aūt archiepꝰ vel epꝰ. Et intellige de incēdiarijs q̄ dolo ħ fecerint. vel fieri fecerint: auxilio vel consilio aut mandato. vt ibidem. Septimꝰ si audiuit epꝰ ꝓfessionē alicuius & cū noluit absoluere ab aliquo peccato. qz tūc inferior nō debet se intromittere. xxj. di. inferior. Ado. in sum. ti. de penitentia ponit solū quattuor de pfatis. Dic. iuris. li. j. ti. xv. ponit. vij. de ꝑdictis Benedictus. xj. in extrauaganti reuocata p Bonifaciū in cle. dudū. de sepul. ponit quattuor de ꝑdictis. Et sic patet quid tenendū de casibus de iure reseruatis. qz in veritate nō sunt

nisi. v. vt patet. sed de casibus p ꝓsuetudinez reseruatis est magna diuersitas inter doc. q̄ busdam ponētibus plures quibusdā pauciores. Blo. in. d. c. si epꝰ. sic dicit. Solet episcopis ſseruari penitētia omniū publicoꝝ enormiuz criminū oppressiōes filioꝝ ex ,ppositovel casu cuiuslibet homicidij. falsi testimonij vel instr̄i piurij. Incestus. corruptiōis monialiū. cocuntes cū bzutis. & his similia. Sed certe nō potest dari certa determinatio. quia vnaquez⁹ dioc̄sis hz ꝓsuetudinē suā. nec est vna ꝓsuetudo generalis in omnibus diocesibus. quo ad hoc. imo aliqñ epi vno anno reſuant sibi plus. aliquando minus sicut eis vr Vnde tenc sm Spe. in repertorio in regula sup quibus sit penitēs ad epm remittēdus q̄ ,ppius sacerdos potest absoluere ab omnibus que spāliter a iure nō sunt reseruata epi scopis vel aliis vel que nō sunt ipsis sacerdotibus directe vel p aliquā ꝓsequētiā interdicta. ar. c. ar si clerici. de iudi. & c. nuper. in fi. de sent. excō. & in. c. inter corpalia. de transl. pla: qz talis habet ordinariā iurisditionē sup populum sibi cōmissum a iure. de pe. di. v. c. placuit. de pen. & re. c. omnis. Sz aduerte sm cūdez Spe. q̄ epꝰ directe. vl' aliq̄ ꝓsequētia seu ꝓsuetudine pōt interdicere victis sacerdotibus aliquos casus ne absoluāt. ¶Primo si talꝫ sacerdos ꝓmisit crimē pp qō mereꝫ tali potestate p̄uari. Secūdo qñ ad vtilitatē cōitatꝫ expedit. alias nec pōt obligare sacerdotes p̄ochiales quin absoluāt. facit. c. de ecclesiasticis priuilegijs. xxv. q. ij. & c. priuilegia. cl. i. & cl. ij. ibidē nō. etiā q̄ ex quis talis sacerdos habeat auctoritatē absoluendi ab aliquo casu q̄ nō debet absoluere si videt expedire saluti aie cōfitentis. sed remittere ad supiorē. qz vt dicit apostolus. ij. cor. xiij. ¶Potestatē dedit deus i edificationē nō in destructionē. Similiter fz epꝰ sibi ,p cōi vtilitate reseruasset aliquē casuz & sacerdote videret i aliq̄ fingl'ari ñ expedire saluti ei⁹. imo obēe si r̄mitteret q̄ pōt absoluere. iuꝝ nō. p ¶Da. i. c. q̄ dilectio de ꝓsanc. & affi. & in. c. at si clerici. de iudi. Et sic collige q̄ sacerdos prochialis de iure pōt absoluere ab omni excōicatiōe sm q̄ dicti. ꝟ. Absolutio primo & ab omnibꝰ peccatis excepto crimie incendiatorꝫ & cōtrahentis ꝺ interdictū ecclesie matrimoniuz & ab eo a quo epꝰ noluit eum absoluere postq̄z audiuit eū in ꝓfessiōe. & qñ publica penitētia est iponenda. nisi epꝰ

nō lbz absl.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ꝓpter cius delictū. vel ꝓpter vtilitatez aiaꝝ ei interdixerit aliquoꝝ alioꝝ absolutionem peccatoꝝ. Dispẽsare aũt vel in irregularitate. aut votis vel alijs quibuscũqz nõ potest nisi specialiter ei cõcedat. Tenet ctiã Hẽ. in prãno quol. q. xxv. q. ꝓlati nõ pũt sibi reseruare nouos casus vltra illos q̃ de iure eis reseruant. nisi ex causa legitima. Et h̃ vex q̃ ad sacerdotes q̃ hũt curã aiaꝝ. Quo no ad alios bñ pũt tot q̃ volũt. excepto q̃ ad minores et ꝑdicatores. ō qb⁹ dic. vt. j. Cõsel. iij. ℣. xxviij.

Casus fortuitus est repente rei cuentus q̃ ꝓuideri nec resisti põt. vt colligit in. l. in reb⁹ cõmodatis. in prin. ff. cõmo. vt mora seruoꝝ sine culpa hostiũ icursus piratarꝝ vl. naufragiuz incendiũ fuga seruoꝝ q̃ custodire ñ solẽt. vt ibi ponit. Vbi nõ. q̃ vbi diligẽtissim⁹ ꝓuidisset nõ est casus fortuit⁹. veluti si domũ quã ruiturã diligentissim⁹ ꝓuidisset. nõ ꝓuidisti. et ꝓpterea equũ in ea dimisisti q̃ perijt ex ruina. Secus si ex terremotu. aut subito ipetu

1 ¶ Vtrũ furtũ sit casus fortuitus! ℣ento. ff. ℣a. in. c. vnico. de cõmoda. q̃ glo. iuris ciuilis. vident cõtrarie. ſz ipe dicit q̃ si ꝓ violẽtiaz subtrahit ẽ fortuit⁹. nisi fueris in culpa trã secundo ꝓ loca piculosa. ar. l. nõ ẽ veriſimile. i prin. ff. qõ me ca. Si aũt clãdestine. et tũc si ab ea ꝑsona a qua diligentissim⁹ peccauiſz puta a vili famulo nõ ẽ casus fortuit⁹ als sic facit qõ nõ. in. l. q̃ fortuitis. C. de pig. ac.

2 ¶ Vtrũ qs teneat de casu fortuito. ff. ter. in d. c. vnico q̃ sic. in trib⁹ casib⁹. ℣dim⁹ q̃ſ culpa ꝓcessit. puta ꝓmodaui tibi equum vt ires mediolanũ: et iuiſti placẽtiã et incidisti i latrones. iputabit tibi. vt hic. et in. l. si vt certo. ff. ſz interdũ. ff. cõmo. Secũdo q̃ſ ꝓcessit mora. puta ñ reddidisti q̃ſ debuisti. et fortuito pdidisti. tibi iputabit. vt in. d. c. vnico. et in. c. bona fides de positi. Hoc vex in ꝓscia. nisi eodem mõ fuiſz peritura apud dñm. q̃ tũc nõ teneꝛ nisi de eo in quo eũ dãnificauit. ꝓ nõ factam restitutionẽ rei tpe debito. ar. c. fi. ō inturijs. Sz q̃ſ dubiũ ẽ an fuiſz peritura. vide j. Modo. ff. vlt. Tertio q̃ſ pactũ intercessit vt teneꝛeꝛ ō fortuito. vt in. d. c. vnico. et bona fides. Limita nisi aduenias culpa ei⁹ cui ꝓmisit. q̃ sic nõ teneꝛeꝛ. l. cũ ꝓponas. C. ō nau. fe. et. l. qui officij. ff. ff. de contraben. emp.

3 ¶ Sz gd si generaliter denũciauit et nullus casus fuit exꝓssus. puta dicẽdo q̃ volebat teneri de omni casu fortuito. an teneat. ff. q̃ ſz varia sit opi. vt refert Bal. i. l. i. C. cõmo. ego dico tñ fm Jo. an. in. d. c. vnico. q̃ non teneꝛeꝛ. facit. l. ſz tſi. i. ff. quesitũ. ff. ſi quis cau. Quod vex ẽ intellanter in ꝓscia nisi in casib⁹ in quibus specialiter fuisset renũciatur⁹ si fuissent exꝓssi. ar. c. fi. ō offi. vi. li. vj. Et nõt Accursius in. d. ꝓ. quesitũ. et bene. q̃ cõtra cũ qui legẽ dicere potuit apti⁹ ẽ interꝑetatio facienda. de reg. iur. li. vj. et in. l. quicqd. ff. de ver. ob. dẽ Quicqd astringẽde obligatiõis cã dictũ est. id nisi palã Vbis exꝓmat omissũ itelligẽdũ ẽ

4 ¶ Sz gd si alig casus fuerũt enũerati spãlit et postea secuta fuit renũciatio gnãlis. ff. fm Bar. in. d. ff. q̃situ q̃ ꝓ illã gnãle renũciatõez nõ veniũt casus maiores exꝓssis. ſz solũ ꝓsimiles exꝓssis. Q̃ ō qdẽ vex ẽ gnãl r/i oib⁹ odiosis. ſic h̃. Sec⁹ cẽt i fauorabilib⁹. vt nõ. i clc. nõ põt de ꝓcu. et Jnno. in. c. sedes. de reseri.

5 ¶ Sz gd si renũciatiõi generali interuenit iuramentũ. ff. Jo. an. vbi. ō. q̃ nõ obligat. Rõ fm ipm ẽ q̃: iuramẽtuz nõ obligat vltra consensuz iurãtis. facit. c. veniẽs. el ꝑmo. et quod ibi nõt. Jnno. de iurecurã. Et h̃ credo vex in casib⁹ ꝓ qbus spãliter nõ iuraſſet. Secus in quib⁹ spãliter si fuissent exꝓssi cõsensissent ꝓ quib⁹ facit. c. tua nos. cũ ibi notat. ō spon. Conco:dat Bal. vbi. ō. Rõ. q̃ iuramentum habet vim casus exꝓssi. l. cum pater. ff. si qs matrem. ff. de legg. secundo.

6 ¶ Vtrũ extimatio faciat venire casuz fortuitum. ff. fm Jo. an. i. d. c. vnico. et Bar. i. l. si vt certo. ff. nũc videndũ. ff. cõmo. et. l. i. eo. ti. quãdo sumus in cõtractu. cui⁹ nature nõ repugnat q̃ dominiũ trãsferaꝛeꝛ. tũc estimatio facit emptionẽ vt. l. plerũq̃. et. l. q̃tiẽs. ff. de iur. do. Et sic estimatio facit piculũ eẽ et cõmoduz recipiẽtis. l. necessario. in prin. ff. de peri. et cõmo. rei ven. et ō. l. quotiẽs. et plerũq̃ ctiã deterioratiõis. vt. l. si estimatis. cũ. l. sc. ff. soma. Exẽplũ cũ mulier dedit viro rem extimatam. vt in. d. l. plerũq̃. Vel cũ quis extimatã rem tradit. ita q̃ estimatio reddat nõ res. vt i. d. ff. nũc videdũ. Si aũt sum⁹ i ꝓctu ō cui⁹nã ẽ vt solũ ꝓ pte dñiuz trãsferaꝛeꝛ et ꝓ pte ñ sic ẽ in societate. sic piculũ ptis solũ. si estimatio fit trãsit i accipiẽtẽ. vt. l. cũ duob⁹. ff. dãna ff. ꝓ socio. Si aũt sumus in contractu. cui⁹ nature repugnat dominij trãslatio. vt in locato. et hmõi. sic estimatio nõ facit emptionẽ nec trãsire periculum casus magis q̃ teneaꝛ

ex natura cõtractus. Nec ob. q̃ Bar. vbi. ō. vult vt aliquid opereꝛ. Et sic si teneb⁹ ꝓlata solũ. teneaꝛ de leui. si de leui. tũc de leuissima. Si de leuissima tũc de casu. q̃: hoc nõ teneo. Sicut nec ℣a. in. d. c. vnico. Sed dico q̃ operatur estimatio tũc solũ vt sciaꝛ ꝓtiũ si deterioꝛatur vel perdereꝛ ex vitio recipiẽtis. et sic releuaꝛ dominus ab onere ꝓbandi veruz ꝓtiũ rei. Si autez res estimata daꝛeꝛ cũ pacto q̃ aut res vel estimatio redderet. sic facit transire periculũ perẽptionis. sed nõ deteriorationis. vt. d. l. plerũq̃s. i fi.

Athecismus quid est. ff. q̃ est ille exorcismus qui fit ante ianuã ecclie sup baptizando Vnde dicit cathecism⁹ a cathetizo. i. instruo vel doceo. Ideo cathecism⁹ instructio vel doctrina dicit. ō hoc in. c. per cathecismũ de co. spi. lib. vi. et in. c. ante baptismum de cõsecra. distin. iiij.

1 ¶ Vtr cõtrabaꝛ aliqua cognatio spũalis i tenentib⁹ cathecismo sicut i baptismo. ff. q̃ sic que impedit matrimoniũ contrahẽduz. ſz nõ dirimit ꝓtractuz. vt i. c. per cathecismuz.

2 ¶ Ad quid teneꝛ qui tenet in cathecismuz dic vt. ō. baptism⁹. viij. in fi.

3 ¶ Ad qd valeat cathecism⁹. ff. ſz Tho. i. iiij. di. vi. q̃ minuit ptãtem demonis. ne tantum possit in corꝑe et anima vide. j. Exorcism⁹ quia idem est:

Causa dicit multipliciter. Aliqñ causa pia. vide. j. legatuz. ij. i prin. Cã ciuilis cui⁹ finis cõmodũ patris seu aliquoꝝ sine alteri⁹ punitione. In hac tractat de pecunijs et possessionũ negociis. et hmõi. vt. xiiij. q. ij. sup ꝑudẽtiã tuã. Cã crialis cuius est finis punitio peccati vel vindicta publica: vt i. c. at si clerici. et i. c. cũ nõ ab homine. de iudi. et. d. c. super ꝑudẽtiã. et. xvj. q. i. frater nr̃. circa medĩ. Cã mixta ẽ q̃ participat de vtroq̃. de procu. tue. Et ſz glo. videã tur varie ponẽdo pecuniariã penã aliqñ ꝓ cuili aliqñ ꝓ criminali. vt in. l. ꝓtor. in prin. ff. de sepul. vio. et in. l. vnica. C. q̃ſ ci. accri. ꝓe. Tñ ꝓcorda q̃ q̃ſ pecuniaria pena applicaꝛ fisco crialis est sicut ꝛz Jnno. i. c. q̃l iter et q̃ſ el ij. de accu. et glo. et Bar. i. d. l. ꝓtor. ff. i q̃ sic itendit vidicta publica ꝓ penã pecuniariã. sicut ꝓ penã corꝑis. Si vero applicaꝛ fisco ꝓ interesse fisci. ciuilis ẽ. vt i. l. i. C. de his q̃ vt idig. Nec ob. q̃ tuas. ō sẏ. et q̃ nõt. ℣a. i. rubrica ō iudi. q̃ illud. c. logꝛ de ãmonitiõe a platiõe q̃ ẽ ciuilis. q̃ facit ad bonũ subditorum hñe bonũ platũ. et tali nõ ꝑponiꝛ pena ſz nõ ꝓmittiꝛ exerceꝛe q̃ ei nõ ꝓuenit. ſ. ꝓlatio nẽ ad quã est indign⁹. Jtẽ nõ dicunt doc. q̃ ꝑcise ẽ agere ciuiliter q̃ſ ꝓna applicaꝛ ꝑti sed ẽt alio mõ. sicut i. d. c. per tuas. Ho. sequit gl. et Bar. et Ange. in. l. iij. ff. de se. vio. et Bar. in fi. i ℣. Quero qũo cognoscaꝛ. ff. de pri. delic. Idem glo. Albu. et Sali. in. l. i. C. ō se. vio. et gl. i. l. aut damna. in prin. ff. de pe. et ꝓmunio: est opinio. de. hoc no. do. Ant. in rubrica. ō iudi. Jn homine cause intelligiꝛ de cã ꝓpinqua non remota. Vide glo. in. c. de cetero. de homici. Et nota q̃ causa remota dicit occasio. Vnde faciens turrim est occasio homicidij illi⁹ qui ascendit et se ꝑcipitauit. Ipse ℣o ẽ cã ꝓpinqua. Quando aũt quis teneaꝛ ꝓ cã ꝛmota nõ. glo. i. c. sicut nobis de testi. q̃ distinguit. Aut dabat operam rei licite et ſi adhibuit diligentiã debitã ñ teneꝛeꝛ. xxiij. q. v. de occidẽdis. Si ℣o nõ adhibuit: teneꝛeꝛ. l. di. ſepe. ff. ad. l. aquiliã. l. qui. occidit. §. pe. Si aũt dabat opã rei illicite. iputãt ei semp omnia q̃ idẽ sequitur. l. di. c. quãtum dixit de iniur. c. fi. ff. ad. l. aquil. Item mella. in prin. ij. §. item et cũ eo.

1 ¶ Cã ecclesie nõ dr̃ causa ꝓpria rectoris. vñ in cã ecclesie sue põt esse iudex. ij. q. vij. c. fi qs erga eꝑm in glo. facit. c. fi. de postu. vbi ponit diuersa ꝓ se: vel pro ecclesia. Et hoc verum dũmõ alius constituaꝛ qui agat nomine ecclesie vt i. c. insuper. de testi. est in ar. Siniliter põt esse testis in cã ecclesie q̃ſ alius est constitut⁹ qui agat nomine ecclesie. d. c. insuper. Sz nõ. q̃ ſz canonicus possit esse testis ꝓ canonico suo ō extrancũ. q̃: nõ dicit domesticus ei⁹ ſz ecclesie tm̃. fm Hugo. vt in glo. ō. c. super ꝑudẽtiam. xiiij. q. ij. nõ tñ põt esse iudex ꝓ eo ō extranеum. q̃: minoꝛ cã repellit aliquẽ a iuditio q̃ꝛ a testionio ō of. ȳle. c. cũ. R. canoic⁹

2 ¶ Cãm ꝓpriam palã est eam cẽ cuius emolumẽtũ vel damnũ ad aliquẽ suo nomine pertinet. c. biduũ. §. palam. ij. q. vi.

3 ¶ Causa cõmunis vtriuscz ẽ. vt. ff. ō ri. nup. l. illud. Et iõ testis nõ potest esse in re cõmuni sibi cum alijs nisi indirecte. vt legatarius qui potest esse testis in causa testamenti in q̃ sibi est aliquid relictum. instit. de testa. §. legatarijs. sed causa vniuersitatis non videtur singularis persone. ut in. c. qui manumittitur. xij. q. ij.

5 ¶ Causa alia impulsiua que occasionem remotam prestat. sicut calfurnia que iportune postulādo cām dedit vt mulier nō possit postulare. vt in l.j.§.fin.ff. de postu. Et ista cessante nō cessat effectus. Alia finalis. & ista regulat dispositionē.c.cū cessante cā. de ap. l. generaliter C. de epi. & cle. & ibi. Bal. multa dicit de hac mā.ca. generaliter.xvj.q.j. Nec cognoscit ex.v. ¶Primo qñ illud qō exprimit in viā cause respicit vtilitatē tā alteri⁹ qz ēt partiū.l.titio centū. in prin.ff. de condi. & demon. puta dono tibi centū. vt inde facias fieri capellā in tali eccl'ia que illa idiget: & hmōi Si vero respiceret solū vtilitatē illi⁹ q debet iplere & nō fit pia. sic psumit cā impulsiua. d. l.titio.§.fz si filio. Vñ si lego tibi.x. vt caligas emas nihilomin⁹ tenet legatū. licet nō emas Similiter si vt fundū. Sed si vt emas fundū alteri min⁹ industrioso nō valet nisi caueat. vt ibi. Secundo cognoscit qñ exprimit plus actus in viā cause. l. siquis ,p redemptōne. C. de dona. & l. si ego. in prin. ff. de in. do. et vult Bar. in l.ij. §. fi. ff. de. dona. vt puta dono tibi centū vt facias hospitale. nā hospitale q fiat erit cā finalis. Tertio cognoscit qñ in gerendo actū exprimit ab hoie cā vbicunqz lex requirit de necessitate cām ad validitatē act⁹ qz tūc intelligit finalis vt actus sustineatur. l. sed si mors. §. fi. cū. l. se. ff. de do. inter vi. ij. vbi dicit q donatio facta vxori ad restaurationē edium igne cōbustaꝝ valet vsqz ad earum reparationē & nō in plus. Quarto vbicunqz nō potest cē alia rō illa censet causa finalis. l. qzuis. vbi glo. C. de fideicōmis. Vñ qui legat iter ad fontē. videt legare & haustū ff. de ser. ru. prę. l. itē si. Quinto vbicūqz lex exprimit causaz censet finalis. glo. ē notabilis in. l. cū tale. §. legato. cām falsam. ff. de condi. & demō. quā ad hoc ponderat Ange. in. l. sciendum. ff. de edi. edic. & Bar. in. d. §. fi. cuius sunt ista dicta.

6 Est & alia cā que est cātiua alicuius effectus sed nō sufficienter & efficaciter. & talis nō tenetur ad restitutionez dāni dati ,primo licet peccauerit. Est et alia q ē cātiua & inductiua alicuius effectus sufficienter & efficaciter. ita q sine ea non sequeretur: & talis tenet ad restitutōez vltra peccatū ,missaz. Et de ista loquit. c. fi. de iniur. Ad nō. qz facit ad multa.

Actio simpliciter dicta regula iter intelligitur nuda ,missio. vt. l. sancimus. C. de ver. sig. Fallit in cautione expressa a lege pretoria. vt. ff. de prosti. l. ptozic. la prima. Et sic intellige glo. in. c. prima. igit. de ,se. di. iiij. Itez fm glo. in. l. pe. in fi. ff. de peti. here. qñ est persona suspecta. vt. l. si fideiusso⁹. §. fi. ff. qui sa. cog. quia tunc dz cauere cū fideiussoria. Sz cū addit idonea vel sufficiens intelligit de pignoratitia vel fideiussoria. vt. ff. de fideicōmis. li. l. ergo q̄diu §. addici ita. Vide glo. in. c. ad nostrā. ci ,mo de iureiurādo. & in. c. vlt. ō pig. & in. c. ex publico. de ,cur. cōiu. Si vero dicitur cautio mediocris. tunc venit obligatio omniū bonoꝝ. ter. ē singularis. in. l. filio. i fi. ff. vt le. ca. caue. Si vero dicitur cautio cōpetens. intelligitur arbitrio iudicis fm aliquos vl fm alios fideiussoria vel pignoratitia. vt in glo. l. si debito ri. ff. ō iudic. Notat tamē Bal. in. l. vniuersa C. de preci. impera. of. q quando statuto cauetur q caueatur idonee. quando cōpromissuz petitur. intelligit arbitrio iudicis. & in. l. omnes. C. ō epi. & cle. dicit. Tenet quis dare fideiussores & nō potest. tunc tenet obligare omnia bona sua meliori modo q̄ potest. Si vero dicatur satisder. vel satisfaciat. fideiussoria intelligit. vt i. d. l. i. q satis. cog. & fz gl. i. d. l. pen.

Ecitas mētis fm Tho. ſcōa ſc. q. xv. ar. j. ,puenit dupliciter. ¶Primo ex hoc q auertit se spōtanee a ,sideratione primi principij intelligibilis fm illud ,se. Noluit intelligere. vt bene ageret. Alio mō ,p occupationē mentis circa alia que magis diligit qz dictū principiū fm illud ,se. Supercecidit ignis. s. cōcupiscentie & nō viderūt solē. Et sic patet q ē peccatum. Et a Hic. xxxj. moza. ponit filia luxurie.

I ¶ Sed vtrū sit mortalis. ſc. q. sic. qñ sic non vult intelligere necessaria ad salutē. xxxviij. di. c. qui ea. Similiter quando ita occupatur in tēporalibus q omittit necessariā vacationem. quam deo tenetur exhibere. vt in diebꝰ festiuis in quibus fm Ri. in. iij. di. xxxvij. ar. iij. q. iiij in aliqua hora tenet deo vacare mēte. vel hmōi. secus si omittit que nō sunt necessaria ad salutē quia tūc ē peccatū veniale.

Edere bonis debet qui soluere non valet creditoribus suis. Et valebit ei ad tria. ¶Primū ne incarceretur. l. i. C. qui. bo. ce. pos. de quo vide ō. Carcer. §. ij. Secundū ne excōmunicet. & si erat excōmunicat⁹ debet absolui recepta ido

nea cautiōe ō soluendo ,debito si ad pinguiorem fortunā venerit. de solu. c. odoard⁹. Certium q nō ,dēcet nisi in quantū facere pōt habita rōne ne egeat. nec eni fraudādus ē alimentis quotidianis. ff. de re. iudi. l. sunt qui in id quod facere possunt. & ff. qui bo. ce. pos. l. is qui. & l. q bonis. & l. si debitores. Nec obc. peruenit. de fideiuſ. qz ibi nō cesserat bonis limita tū tertiū qñ nō ,uenitur ratione delicti. quia si ,uenireꝝ rōne ōlicti nō haberetur respectus ne egeret. ēt in clerico. vt nō. ¶Pa. in. c. olim nobis. de resti. spo. Quomodo Vo fit. vide. j. Solutio. §. xxiij.

Clare peccatum alicuius ,propꝛ pecuniā vel grām. aut cō sanguinitatē. simonia ē. vt i. c. nemo. ō simo. vbi glo. & Inno. dicit q rō ē. qz quilibet tenetur ,alterius peccatum ad penitētiā ,indicare xxiij. q. iij. tam sacerdos. Secus aūt in indicatione furis. vel serui fugitiui vt capiatur. qz licite merces accipit. ff. de ,scr. ver. l. solēt. & ff. de cōdi. ob. tur. causam. l. iij. & vlti. Nec ,ppīe dicit Inno. q ē simonia. vbi ex gratia quis non indicat. fz debet puniri sicut simomacus. tu dic fm glo. in. §. si tibi. l. iiij. ff. de cōdi. ob tur. ca. q ille qui nō tenetur per officiū vel actionē vel iudicē reuelare furē. licite accipit aliqd vt idicet. fz accipe vt ñ idicet turpiter accipit. qz ō publicā vtilitatem. q ē maleficia puniri. vt. ff. de fideiuſ. l. figs a reo. §. penulti. Et sic patet. q rationе naturali non tenetur quis indicare. quia tunc non licēret accipere ,p indicando. vt. ff. de condi. ob tur. cau. l. i. in fi. & in. l. ij. primo. ſc. Dō tamen licet. vt in. d. §. si tibi. quod limito verum de indicatione q̄ fit ,plato vt puniat. secus de illa que fit alicui vt prouideat quia teneretur.

Censura ecc'lastica qd ,pōhendat. ſc. q interdictū. suspēsionē & excōicationē. de ver. sig. c. qrēti.

Census est quedā pensio que de ,puentibus soluitur. i. q. iij. quesitū. vel potest dici census quic quid annuatim soluitur in quantitate. vel sūma. c. ff. de censi. l. cratem.

I ¶ Census nouos imponere ecclesijs. aut veteres augere ,phibetur omnibus episcopis & prelatis in. c. prohibemus. de censi. etiaz si crierūt eas de manu laici. vt in. c. ecclesijs co. ti. Dicit tamen ¶Pa. in. d. c. prohibemus. q̄ h uerum est ad vtilitatem eozum propriam. vt in cle. ij. de re. ec. nō alie. Secus esset ad vtilitatem alterius ecclesie. rōnabili cā subsistēte & a plato iurisditionē hūte epalez. & in eccl'ia pleno iure sibi subiecta. qz tūc ꝑt. vt nōt. Jn no. in. d. c. ,phibemus. & facit. c. ,pterea. co. ti.

¶ Quis potest iponere censum. ſc. q geanqz hz ius i re tali. vt insti. ō vsufru. §. fine testō.

¶ Quod argumentū ,stat census solutio. ſc. q aliqū subiectionē ō censi. c. omnis aia. Ali quando ,stitam libertatē vel perceptā ,ptectionem. vt in. c. percepimus. de ,uil.

Certum dicitur id ō quo ,ppio noīe. vel indubitata cir cumlocutione constat. vt in glo. ō pri usl. c. cum & plantare. insti. de exhere. li. §. nominatim. vbi dicitur q qui vnū filiū solū hz noiatim exheredat. siue dicat ,rtiū filiū meū exheredo. siue filium meum exheredo.

Cessatio a diuinis officijs alia generalis. & hec equipatur interdicto. ita q posita generali cessatione ab eo qui potest vel de iure vel de consuetudine in loco aliquo si quis ibi eccl'iabret est irregularis. & religiosus talem cessationem non seruans est excōicatus ipo facto si matrix ecclesia seruat. Et sic intellige cle. i. ō sen. ex. & Inno. in. c. non est nobis. ō spon. cessatio vero specialis est. illa q̄ solum in aliqua eccl'ia ponitur. Et hec non comparatur interdicto. Vnde celebrans in eadē ecclesia nō efficitur irregularis nec religiosus excōicat⁹ sic nō seruat qzuis talis ecclesia esset matrix. Et sic intellige glo. & c. si canonici. ō offi. ord. li. vi. & Inno. in. c. dilectis filijs. de ap.

¶ Que est pena iponentis generalē vel speciem cessationem indebite. ſc. q illi q imponunt tenentur restituere oēs fructus quos interim ab ecclesia perceperūt in qua cessatum est etiā si talis ecclesia sua erat. & ipsi ecclesie Itē tenent de omni dāno qō alij incurrerūt ,pter talē cessationē. d. c. si canōici. & ibi Be. dicit q hz. d. c. loquat' de capitulo canonicoꝝ. tū idē erit in alijs q ipam cessationē iponūt.

¶ Que ē pena illius q dat cām cessationi. ſc. tenet ad omne interesse qō canonici. aut alij incurrerunt. & ad aliquā aliā satisfactionem estimāda arbitrio supioris i recōpensationē cessationis facte in ecclesia. d. c. si canonici.

¶ Que regrunt ad h vt cessatio debeat seruari. ſc. fm Jo. an. in. c. qzuis. de offi. ord. li. vi. q. x. ¶Primo q bi q cessāt habeant ex ,suetudi-

e.

de censibus quo nō sunt bon. et de usuris nup̄ per
bē. papā scribens pōt dispensare vt contrahere in simō
uestri ꝓpi ad vitam. in d. scōa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne vel alio iure. Scõo q̃ ꝓuocẽt absentes ad ꝓtractandũ de cessatiõe. Tertio q̃ tractẽt diligenter. Quarto q̃ de cessando deliberent. Quinto q̃ sit manifesta offensa vel iniuria. Et ſm Anno. & Jo. debet cẽ notoria q̃ si ñ cẽt nulla cõsuetudo ,pdeisset. q̃ esset ecclesijs onerosa. de ꝓsue c.i.t.c.cũ venerabilis. q̃ ille cõtra quẽ cessat nõ debet conuinci ,pbandis sed apertis & notorijs maxie in cultu diuino tollendo. C. de ac. & ob. l. negantes. Sexto q̃ sit cã rõnabilis. Septimo q̃ ante cessationẽ instro publico. vel patentibus litteris authentico sigillo munitis cãm cessatiõis exꝑmat. Octauo q̃ illud instrumentũ vl litteras tradant ei contra quez cessant. Nono q̃ requirant illum vt emendet cõpetenter iniuriam ,ppter quã cessare volunt. q̃ si nõ fecerit tũc locuz habet cessatio. Decimo q̃ post cessationem vtraq̃ pars iter debet arripere ad sedẽ apostolicã infra mensez ꝑ se vel ꝑ ,procuratores sufficienter instructos. & cõtinuatis diebus q̃cito poterũt se sedi apostolice repsentent. vt discutiaꝫ quid sup hoc sit agendum. His nõ seruatis nõ seruaꝫ cessatio. Similiꝫ si pars que posuit cessationẽ cã nõ reſcruauerit. ab alijs nõ ſuerꝫ similiꝫ. Hoc nõt. Jo. mo. & Bar. in. c. si canonici. de offi. or. li. vi. in q̃. c. reꝓbatur consuetudo illorum q̃ in aggrauatione cessationis imagines crucis vel alio rum sanctorum ꝓsternunt. vtricis suppo nunt vel lapidib⁹ & huiusmodi. Et qui talia faciunt graniter sunt puniendi. vt ibidem.

Impedimentum iij.dī cōditio.ꝛ h accipio hanc conditionē ꝓprie.ſ.,put est suspēsiua actus.de qua habes.ē.cōditio.ꝯ.ij. q̄ fit p hanc dictionē si. Vnde si quis cōtrahat cū aliqua sub ista conditione.si pater suus erit ꝓtentus.ꝛ hmōi non erit matrimoniū donec cōditio impleaī.ꝛ si nunq̄ impleret nō q̄ꝫ esset matrimoniū. Ad cuius declarationez est sciendū. q1 conditiones sūt in quadruplici genere.ſ.honeste:turpes:indifferentes:ꝛ impossibiles.honeste sunt oēs ille que faciunt ad cōdecentiam matrimonij vt q; parentes sint contenti. vel q̄ nō derogant honestati. vt si dederis mihi dotem.si pater tuus remiserit mihi iniuriā ꝛ huiusmodi. Et iste si apponāī in mrimonio ipsū ūpediūt vt nō sit donec cōditio veniat in esse Vñ si ille qui sub tali conditiōe ꝓtrahit mutet aīm ꝛ dissentiat. vel altam sine cōditione accipiat anteq̄ꝫ conditio impleaī. tam nō erit matrimoniū primū:lz postea cōditio cueniat. Vere tñ est q; si nō transiuit ad scōa vota ecclesia cōpellet cū vt eā accipiat.ex quo cōditio aduenit de cōdi.appo.sup eo in ter.ꝛ glo. Fallit hoc in duobus casibus. ꝑPrimus si pendente ꝙditiōe cōmisecantur carnaliter. Et intellige sm q; ē. dixi matrimoniū.ij.ꝯ.vi. vel cōsensus de pñti absolutus aduenit.de condi.appo.c.de illis. ꝛ.e.super eo.ꝛ.c.p tuas.q1 tunc erit mrimoniū de pñti absolutū. Secūs casus est si conditio est necessaria. vt cū dī accipio te in meā vroꝛē si sol fuerit in cancro in estate. ꝛ hmōi. q1 erq̄ oio talis cōditio est extritura necessario.statim est matrimoniū.q1 talia futura sunt iam presentia in causis suis.ter.est apert⁹ in.l.si pupil

sus.ꝯ.i.ff.de nouā. Vñ nec ꝓprie dz dici conditio.l.heres meus.ff.de cōdi. ꝛ demon. Hoc tenet Ro, Lar.ꝛ ꝑIda.in.d.c.p tuas.de condi appo.ꝛ.S.Bona.in.iiij.di.xxviij. ꝛ.S.Tho. in.iiij.di.xxvij. Sed cōtrarium tenet glo. Jo. Boffrc.ꝛ Jo.an.in.d.c.p tuas. ꝛ dicunt q; si transeant ad scōa vota tenebit scōm matrimonium cōtractum ante cōditionis eueniū. Ego Ro credo in foro contentioso verioꝛem secdaz opinionē. In foro autem aīe iudicandū est sm eorum intentionem. Si enim nō intendebant tunc cōtrahere:sed in tempus conditionis:sic nō erit mrimoniū. ꝛ sic erit vera scōa opinio: q1 lz stipulatio sub conditione que oino est extritura nō sit conditionalis.est tñ in diem: ita q; nō debeī aliquid anteq̄ꝫ veniat.vt no.in.d.ꝯ.i facit.l.heres meus.in prin.ff.de cōdi.ꝛ demō. vbi lz legatum factū ticio cū moreīī non sit cōditionale. tñ nō tenetur heres soluere anteq̄ꝫ moriaī.esset bene conditionale si legareī cum tm ticio cum morietur heres. Ratio quia si moreretur legatarius primo q̄ꝫ heres.legatuz expiraret morte legatarij:sed non in primo casu:q1 transiret ad heredes. vt in.d.l. heres. Et sic patet q; conditio que oino est extritura aliq̄n facit contractum conditionatum: aliquando non,ꝛ quando nō est conditionatum.est tamē in diem.ꝛ sic non erit matrimoniū de ꝓsenti nisi aliud intendat.

¶ Sed nunquid cōditio que necessario subintelligiī in contractu si exꝓimaī faciat conditionalē.R.q; nō.vt in.l.hec verba testatoris.ff. de lega.i.ꝛ in.l.cōditiones.ꝛ.l.aliq̄s.ff.de condi.ꝛ demon. Nam legatū factū sub ista conditione,si heres hereditatē adierit nō est ꝙditionale.q1 necessario subintelligiī.vt in dictis iuribus patet. Sed si ꝓtractus posset fieri etiam nō cristente illa cōditione. sic si apponaī facit ꝓtractū conditionalē.ꝛ sm hanc distinctionē cōcor. Archi.ꝛ Jo.an.in.d.c.vnico.de spon.li. vi.qui videnī cōtrarij. Sic ergo patet quō matrimoniū vel sponsalia nō sunt conditionalia quando dī contrahō cum tali si ipsa in me cōsenserit ꝛ hmōi.secus si diceret si deo placuerit ꝛ hmōi.q1 non necessario insunt: q1 potest esse matrimoniū cōtra voluntatem dei.

¶ Sed pone q; quis cōtrarit sub cōditione si pri suo placuerit.pī ꝓmo dissentit: sed postea mutata volūtate ꝙsentit.R.q; nō erit mrimoniū p.l.boues.ꝯ.hoc sermone.ff.de verb.sig. ꝛ l.hec conditio.la picola.ff. de condi. ꝛ demon.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qz ista conditio. si pater meus consenserit debz verificari de primo presenti. ergo qz nō fuit. iō expirauit. Vñ sicut copula carnalis que de sui natura hz purificare cōditionem: nō purificat qñ inuenit extinctum vinculū. vt puta qz superuenit affinitas post matrimoniū conditionaliter contractū ante conditionis euentū. Aut qz conditio expirauit z nō fuit impleta. sic z in p posito. z hoc tene post q̄z aliam accepit. lz do. Car. in. d. c. sup eo. dicat tenere matrimoniū sic taliter habentes pscuerabāt in primo pposito.

3 ¶ Sed qd si prefatus pr nec consensit nec dissentit expresse. R. credo qz nō erit matrimoniū p. l. q heredi. §. i. z p. l. meum. ff. de pdi. z demō. vbi pz qz cōditio dz impleri in forma specifica q regrit qz expresse consentiat. Do. tñ z sequit Car. in. d. c. sup eo. dicūt qz tenet matrimoniū z qz sit spāle in matrimonijs. Et hec opinio tenenda. vbi ad scōa vota nō est deuentū. alias primū verius est. de iure iudicio meo.

4 ¶ Vtrū matrimoniū contractū sub pditione cū sint affines: si dñs papa voluerit dispensare tenebat aduenīente pditione. R. Pda. z Inno. i d. c. sup eo. videnť tenere qz nō. p quibus facit l. inter stipulantē. §. sacrā. ff. de ver. ob. z. l. cōtinuus. §. cū quis. eo. ti. facit. l. apud iulianū. ff. ō le. i. Sed in cōtrariū qz teneat. est. d. An. z gdā alij in. d. c. sup eo. z est verior. p. l. si rē meā. ff. de ver. ob. Vbi possū stipulari rem meā in tpe cōditionis. qñ mea nō erit. lz nūc cū sit mea non possim. Facit sil'. l. iij. iūcta. l. pe. ff. de ope. pu. Vbi valet mandatū priuati de opere publico faciendo principe annuente. qō tñ als nō valeret. Item ob. d. §. sacrā. z. §. cū quis sub pditione qz ibi vitū erat in re que nō erat in cōmertio: nec pōt esse: sed nō sic est in casu nostro. qz sublato impedimento. phibitionis p dispensatōz nihil obstat. Faciunt nō in. c. in causis. in fi. de elec. z in. c. nisi cū pridē. in fi. de renun. Itē nec l. apud iulia. predicta. qz dz intelligi verūz esse cōditionē fore impossibilē q̄ pendet ex voluntate principis. in his que princeps nō solet cōcedere. vt ibi pz. qz ibi loqnť de predijs in primonio Cesaris redactis. que Cesar nō solet alienare nō insolitis concedi dispensatue. vt est ter. in. l. interdicit. ff. de condi. z dc. Et iō hanc partē tenc. afiq̄ transeat ad scōa vota. p qua facit qō nō. Bar. in. d. l. si rem meā. sed postq̄ transiuit posses tenere primā.

5 ¶ Vtrū teneat cōditio si donaueris mihi centū accipio te in vxorē. R. qz nō. text. est in. l. si ita stipulatus fuero. §. si tibi nupsero. ff. de ver. ob. Qō limita qñ talis stipulatio fit nō cā dotis: vel qñ nō subest iusta cā petendi illud. als sic. Vñ dicit ibi Bar. qz si nobilis cōtraheret cū plebea. nō esset inhonestū: si in recōpensatione nobilitatis aliquid erigeret.

¶ Sed pone qz. B. cōtraxit cū. A. sub prefata pditione. z ante pditionis euentū contraxit cū C. sub eadē pditione demū. A. z. C. eodem tpe dat centū: qō ista erit matrimoniū. R. qz neutrū rōne incertitudinis. Facit. l. si ita fuerit. in prin. ff. de re. du. z. l. duo sunt titij. ff. de testa. tu te. Itē qz Jctus pditionalis suscipit robur ab impedimento. l. cedere die. ff. de ver. sig. z iō pinde est ac si cū duob⁹ 3beret simul eodem tpe Nec obstat. l. potior. §. videam⁹. ff. q po. i pigna. l. nec emptio. in prin. ff. de 3ben. emp. Vbi implementū pditionis trahit ad die Jctus celebrati. vt pinde habeat ac si a principio fuisset Jctus purus. vt sic primū videat valere. qz predicta iura intelligunť qñ nō est in ptate gerentis sm tollere. qz si esset in ptate eius tollere vt in casu nostro bñ tolleret. vt in. d. l. potior. in prin. Nec scōm pōt primo preiudicare. qz non est maius vinculū q̄z primū. Et hoc teneas qz cōis opinio est: nisi pditio impleta fuisset citō ab aliquo coz. qz illud esset matrimoniū.

¶ Vtrū ptrahens cū aliqua cū pditione. si te inuenero virginez tenebat. R. sm Car. in. d. c. p tuas. q si ista cōditio intelligat: si te inuenero p aspectū matronax z hmōi. Sic tenet pditio Si Vo referat si te inuenero virginē. s. p copulam. z sic reicit tanq̄ turpis. z tenet matrimoniū. lz nō sit virgo. Et sic intelligo glo. in. d. c. p tuas. z cōiter doc. qui eam sequunť.

¶ Quid si dicat si pmiseris me coire tecū accipiam te in cōiugē. vel dabo tibi centū R. qz nō erit matrimoniū p copulam. qz pōt se liberare dando centum.

¶ Quid si dicat cōtrahā tecū si pmiseris coitū aut pmio tibi q si vxorē accipiā te accipiaz si pmiseris me coire tecū. R. q p matrimonio est iudicā dū in prima copula. sed nō an copulā. qz sm Inn. lz ista pditio sit inhonesta tñ suspēdit Jctū. sed purificat in prima copula. Alij dicūt q si intelligat de copula mrimoniali. sic ē honesta z suspendit si de alia fornicaria. sic dz haberi p nō adiecta. vt. nō. i. c. duob⁹. ō spō. duo z fuerit mrimoniū ēt an copulā. z videt verū

¶ Cōditio q̄ est de preterito vel de pñti aliq̄ nō ppric cōditio ē. vt in. l. institutio talis. ff. de cō

di. insti. vitiat tñ si nō fuit. vt ibi in glo.

11 ¶ Alie cōditiones sunt turpes: z inhoneste. z si sunt p substantialia matrimonij. vt p inspa rabilitatē aut ptra bonū fidei. vel ptra bonum polis. eo mō quo de substantia sunt. de quib⁹ qñ fiūt substātiales dixi. ē. mrimoniū. ij. §. xxiij sic vitiant z nō vitianť: vt pz in. c. fi. de condi. appo. facit. c. de trahe. i. q. i. z. l. cū hi. §. si pretor ff. de trāsac. qz remota parte substantiali non pōt consistere aliquid. Si Vo nō sunt contra substantialia matrimonij. sic vitianť z nō vitiant. z sic pinde est ac si fuisset contractū sine cōditione. vt nō. in. d. c. fi. Et B pz solutio mul taz quēstionū. Vñ ptrahens donec aliā multerē inueniat nihil facit. Itē si venena sterilitatis procurabis. Itē si nō seruabis mihi fidē aliā volo posse accipe z hmōi qz nihil fit. Als sec⁹ vtputa. si te adulterā dā. pstitues. lz canonistē tenēt cōiter qz nō fit matrimoniū. Tu tñ dic qz est matrimoniū z cōditio reicit. qz nō ē ptra essentialia matrimonij. vt. ē. dixi. z ter. d. c. fi. i quo se fundāt canonistē: intelligit qñ illud pōt sub conditione resolutiua.

12 ¶ Alie pditiones sunt impossibiles. vt si celuz digito tetigeris z hmōi. z tales reiciunť fauore matrimonij z habent p nō posite. vt in. d. c. fi. lz in alijs ptractibus a matrimonio vitient cōtractum. vt in. d. c. fi. z. §. impossibilis. insti. de herc. insti.

13 ¶ In suma nō. qz ad hoc vt pditio quelibet suspendat mrimoniū vt nō sit añ ei⁹ cuētū oz q vltr. occurrāt. Primū qz sit apposita in principio Jctus matrimonij. Mā si mrimoniū esset Jctū pure pmo: z postea poneret cōditio nō posset eū suspēdere nec rescidere. c. dicit. xxxij. q. i. facit qō nō. d. An. z Pda. i. c. i. ō pdi. appo. Secōm regrit qz in pditiōe vterq; psentiat expresse. Vñ lz vir⁹ ponat pditionē si alter expresse in cā ñ cōsentit ēt si taceat mrimoniū erit purū. vt nō. i. c. fi. de pdi. appo. Et cuius pditio cēt p substātialia matrimonij. nihilominꝰ mrimoniū tenet. vt ibidē nō Inno. z Pda. facit. c. aliqñ. xxxij q. ij. saltē q̄ ad ecclīaz. Tertiū qz pditio nō sit necessario futura. de q̄ tñ dic. vt. ē. in prin. aut qz nō sit turpis aut impossibilis. qz sic habeť p ñ adiecta: exceptā illa q̄ est ptra substātialia matrimonij. Quartū qz nō intercedat psensus ō pñti absolutus post pditionē z añ ei⁹ cuentū. Quitū qz si intercedat carnalis copula añ cuētū pditiōis. qz sic stati erit mrimoniū si fuerat pctū p Vba de pñti sub illa pditiōe. ēt si pcesserat pditiōis defect⁹. dūmō alter erat ignorans puta. qz ptrarit si patri placeret. z pr ptradicit tñ alter ignorat hoc: z psentit i copulā mrimoniū erit. vt nō. d. An. in. c. p tuas. de pdi. appo. adducit in filī nō. in. c. ex pte decani. de rescrip. z sil' Jo. ibidē. qō tñ credo vex q̄ ad foz cōtentiosū. z ēt in foro psciē. si ambo mrimonialiť intēdebāt copulari als si. vt. ē. Mrimonū ij. §. vi. Sertū qz sit ppria pditio si mod⁹. lz tñ Jo. de pax. in. iiij. qz idē sit dicendū de mō sic de pditiōe. z sm candē distinctionē: excepto qz qñ mod⁹ est possibilis z honestus nō suspēdit obligationē. sicut facit pditio. tñ tenet implere nisi ei⁹ fauore sit appositꝰ. qz tūc nō tenet. si sol ei⁹ fauorē respicit. Cōditio Vo apposita p modū cause: sive cā sit vera sive falsa sm Jo. predictū habeť p nō adiecta i mrimonio: nisi eēt necessaria. puta ptrahо tecū qz es libera. qz si esset serua ñ valeret. Idē qñ dicit ptrahо tecū. qz es Joānes filiꝰ titij. z hmōi. qz si esset error pditionis vel psone: z sic vitiaret mrimoniū. Septimū qz pditio nō sit de preterito vel pñti. sed de futuro. vt. ē. §. x.

Impedimentum iiij. dr erro: nā qd impedit cām de sui natura impedit z effectū. Cōsensus'āt vt. ē. dictū ē. est cā mrimonij z iō qō euacuat psēsū euacuat mrimoniū. Cōsensus Vo est actꝰ volūtatis q̄ psupponit actū intellectꝰ. qz vt dicit Aug. v. de tri. Inuisa diligere possumus incognita nequaq̄. Et qz error impedit cognitōez. iō z psensū q sequit ex cognitione. ppterea dr q errat: ñ psentit. l. si p errorē ff. de iurisdi. om. iu. Vñ in. l. cū testamentū. C. de iur. z fac. igno. dr cū errantis volūtas nulla sit z i. l. nō iccirco. ibidē cū errantis psensus nullꝰ sit. facit. xxix. q. ij. §. his ita ñdet.

¶ Vtrū matrimoniū dolo ptractuz tenebat. R. glo. in. c. cū dilectꝰ. qō me. cā. q̄ sic. lz dolus dederit cām ptractui. z idē i glo. l. a diuo pio. ff. ō ritu nup. z in. c. pstituit. xx. q. iij. Limitat Pda. in. d. c. cū dilectꝰ. z bñ verū: nisi sit talis dolꝰ q excludat psensū: qz sic nō teneret. Facit qō nō. Jo. an. in. c. vnico. de cōmo. z facit. c. cū locū. ō spon. qō bñ nō qz facit ad mīta. vt in votis: iuramentis. z hmōi spūalibus. qz cōiter tenctur q̄ tenēt. vt in dictis glo.

¶ Vtrū ois error impediat mrimoniuz. R. qz nō. sed solū ille error q est ptra substātialia matrimonij. Duo āt includit mrimoniū essentialiī. s. duas psonas q̄ iungunť: z mutuū corpis

ptātem inuicem. ¶Primū tollit ꝑ errorē ꝓsone Scōm ꝙ errorē cōditionis seruilis. q; seruus nō potest libere libertatē sui corpis alteri tradere sine consensu dñi sui. Et ideo bi duo errores solū impediūt matrimoniū. Alij aūt errores etiā si sint ad bene esse matrimonij nō impediūt, vtputa credebat q; ꝑ esset ꝓcentus: vel q; esset diues: vel nobilis: vel pulchra: & hmōi cū ista sint accidentalia matrimonio, nō impediūt. d. §. bis ita respondetur.

3 ¶Circa primū errorē. s. ꝓsone est notandū. q; ad hoc q; aliquis erret in ꝓsona oz q; p visū vl famā: vel anditū habeat notitiā aliquā ꝓsone cū q̄ ꝓtrahere intēdit. q; vt dixi in penitus incognitū nec cōsensū nec amorē possum⁹ dirigere. ar. l. cū ab eo. §. mallā. ff. de ꝓtraben. emp. vū credens absentē sibi aliqualiter notū pnēz & ꝓsentit nō in pnēm q est ali⁹: sed in absentē ꝓsentit errat in ꝓsonā. q; errare est aliū ꝙ alio accipe. xxij. q. ij. in quib⁹. xxx viij. di. q̄uis. Sed si nullā de abūte hz cognitiōz nō errat sed decipit in pnēe. de q̄ ponit exēplū de eo q dicit se filiū magni regis in genere. vel primogenituz magni comitis. & hmōi. & sic est error fortune si ꝓsone q nō ipedit. vt dictū est. xxix. q. i. §. error. Itē cū aliq̄ scat aliquē bre filios multos. nullū tñ coꝛ cognoscit: si aligs coꝛ se dicat primogenitū. & illa ꝓsentiat in eū ꝓp spem successionis bonoꝛ paternoꝛ erit error fortune & nō impedit. sicut no. Hug. xxix. q. i. in prin. Calde. tñ in c. ij. de ꝓiugio seruoꝛ. & Jo. xxix. q. i. in sūma. & Mo. in sūma tenēt q; in isto vltimo casu est error ꝓsone & nō est mrimoniū. & credo sit verū: nisi forte intenderet ꝓsentire absolute in pnēz quē tñ putabat aliū: sed si cōsensus ferebat in eū nō vt in pnēm: sed in primogenitū erit verum. q; nō erit matrimoniū.

4 ¶Circa scōm errorē. s. conditionis seruilis est sciendū q; triplex est conditio status. s. melior cū qs cōtrahit cū libera quā credit seruā & ecōuerso. Scōus equalis cū. s. seruus ꝓtrahit cum ancilla quā credit liberā. Tertius deterior. vt cū liber ꝓtrahit cū ancilla quā credit liberā vl ecōuerso. ¶Primus error nō impedit matrimoniā: q; nō ledit in aliq̄ sic ꝓtrahens. Nec scōus fil⁹ q; eq̄ ledit ꝓter q̄. vñ in neutro errore decipit: nec hz q; obijciat alteri. ar. xxix. q. ij. p totū. & de diuo. c. significasti. Tertius Jo error impedit matrimoniū. xxix. q. ij. si qs ingenu⁹. Nō est q; alter tantū ledit sine culpa & grauiter. q; in bono ꝓprio quā ñ bēbit i sua ptāte: & i bono fidei: q; nō poterit ei reddere debitū libere. & in bono sacri. s. in inseparabilitate cohabitatōis Hz potissima rō quare iste tertius error impedit matrimoniū est ecclesie cōstitutio. Alij aūt duo errores nō impediūt sm cōz opi. tā doc. theo. in. iiij. di. xxx vi. q̄z cano. hz quidā ꝓtrariū teneant. vt Bof. & Mo. in sūma. sed nō curo de eis. Sed cōmunē opi. teneas quā sequitur Inno. de cōiugio seruoꝛ. in. c. ꝓposuit

¶Vtrū scienter habens liber cū ancilla vel cōtrario teneat mrimoniū. ff. q; sic. xcv. est. xxix. q. ij. si qs liber. & sic liber tenēt sequi ancillā. fz ¶Da. in. c. i. de cōiugio seruo. 5

¶Vtrū liber ꝓtrahens ignoranter cū serua cui in tps data est libertas teneat matrimoniū. ff. q; nō. q; vt dicit lex. statu liberi. i ꝑn. ff. ō statu. ea que interim facit. vt seruus facit: ñ vt liber. 6

¶Quid si dñs tradit alicui libero suā ancillā vt liberā in matrimonio quā tñ ꝓtrahēs ignorat ancillā: teneat matrimoniū. ff. q; sic. q; statim efficit libera. vt in aut. de nuptijs. §. si vo ab initio. & hoc tz glo. in. c. fi. & ¶Da. de cōiugio seruoꝛ. & Bof. 7

¶Vtrū habens liber cū ancilla ignoranter postea hoc cognoscens cōmisceat eidē p copulam teneat matrimoniū. ff. ꝑn glo. in. d. c. ꝓposuit q; hūs ꝓsciam er ꝓbabili cā & discreta q; alieⁿ est seru⁹. si cognoscat eā. iudicat sibi. & erit mrimoniū. & sic intellige. xxij. q. iij. innocens. ff. de pe. be. Litē veniūt. §. anteq̄s ptes. Si aūt et leui & temeraria cā cui nō bz credi. tūc nō iudicat sibi tutubans ꝙ ignoraⁿte hūdus est. C. de adu. inde. l. vltī. ff. de libe. ho. erbi. l. iij. §. si qs volēte nō enī cuilibz referenti credere tenēt. xcv. est. ff. q; cū fa. tuto. l. ij. ibi & si dictū sit et & bona fide nō crediderit. Aduerte hic q; si seru⁹ habit cū libera quē cū seruū ignorat peccat mortaliter cō miscendo ei. erq̄ scit matrimoniū nullū esse. secus si ignoraret matrimoniū nō tenere: & idē dic de quocunq; qui scit certitudinaliter q; mrimoniū nō tenet et quocūq; impedimēto. Dñ Jo hz sciam vel ꝓsciam. i. firmā credulitatē ō impedimento q̄nis clare non sciat filr peccat mortaliter cognoscēdo: siue talis ꝓscia ꝓcedat ex ꝓbabili cā vel temeraria nisi eā deponat. Dñ Jo hz scrupulū ꝓscie. i. q; dubi⁹ est. tūc si et leui vel temeraria cā hz deponere & sic petere & reddere pōt sine peccato. Si Jo dubiū ē ex ꝓbabili cā pōt reddere. sed nō petere oz. aliter exponeret se periculo & peccaret mortaliter. sed reddendo nō. q; in dubio obediendū est. & 8

exculat. xxiij. q. i. quid culpat.

9 ¶Vtrū talis habēs ꝓbabilē cām credendi ꝓ indicet sibi fi ad mandatū ecclesie reddat debitū. ff. ꝑn Tanc. Inno. & Jo. an. & ¶Da. in. d. c. ꝓ posuit q; sic. q; nisi velit cum ea esse tanq̄z cum vxore. ꝓpria nō debet in hoc obedire. & est verior opinio. hz Jo. & glo. in. d. c. ꝓposuit. teneat q; debet obedire nisi sit certus. sed istud non teneas quia non debet contra conscientiā formam venire. ar. de resti. spo. c. litteras. sed in pcbendo alimenta & huiusmodi. bene debet obedire nisi sit certus.

10 ¶Vtrum liber contrahens cum ancilla ignoranter quā postmodum dominus eius facit liberam teneat stare cum ea. ff. q; non. quia matrimoniū nullum fuit: & semp ei cōmiscuit ex primo cōsensu qui nullus fuit. ar. C. ad velleya. Lāuis. ꝑn Bof. & Jo. xxix. q. ij. si quis ingenuus. & Ber. in. c. vlti. de coniu. seruo. quidam tamen tenēt q; fit matrimoniū si post manumissionem illa cognouit eum cōtrahere intendēs q; impedimēto sublato per hoc nihil impedit & verius credo.

11 ¶Vtrū liber ꝓtrahens cū asceriptitia: aut originaria ignoranter teneat matrimoniū. ff. ꝑn Hugo. xxix. q. ij. in prin. q; sic. q; edictū de matrimonio est ꝓhibitoriū. & ꝓtrahere tales pōt C. de agri. ce. & colo. l. vlti. ideo tenet.

12 ¶Quid de libero contrahente cum filia serue, vbi de cōsuetudine patrie est q; partus sequat patrē. vt in. c. licet. de cōiu. seruo. ff. q; si cōsuetudo sit ꝓscripta. hz mater ei⁹ sit serua. q; verum erit matrimoniū. vt in. d. c. licet. dūmodo pater sit liber.

13 ¶Sed pone q; liber qui cōtraxit cū serua ignoranter. postmodum sciens seruā nihilominus vult matrimoniū esse. sed illa nō vult. nūquid erit. ff. q; nō. sed verū est q; cōpelleret ab eccl'a nisi transisset ad ſcda vota.

14 ¶Vtrū liber possit ꝓpria ancte ancillā quam ignorant acceperat vxorē dimittere. cōperto q; sit serua. ff. q; quo ad thoꝛ certū ē q; sic. q̄ Jo ad cohabitationē hz Ri. in. iiij. di. xxx vi. q; nō si ꝓtraxit in faciē ecclesie: aut coram testibus. secus si clandestine. sed Mo. & mlti alij sunt contrarie opinionis. qñ scrutus est notoria: sicut & in adulterio. de quo habet. ſ. matrimoniū. iiij in prin. & §. i. Hz ego dico q; opinio Ricar. est vera quo ad cohabitationē. vt pz in. c. posito. ō dinoꝛ. sed quo ad redditionē vel petitionē debiti est vera secunda opinio. & ſm hanc distinctionem intellige & limita. d. c. posito.

¶Quid si seruus ꝓtrahit mrimoniū cū ancilla vel cū libera que scit eū seruū. ff. q; hz de iure ciuili mrimoniū nō teneat vt in. L. cū ancillis. C. de incest. & innti. nup. & ſ de iure canonico hz. cui stādū est in hac materia spūali. vt in. c. pe. & vl. de secū. nup. & nō. Bar. in. l. priuilegia. C. de sa. lan. cc. & est gl. in. c. ij. de re. iur. li. vi. Dñ nota q; aut talis seruus vel ancilla ꝓtrahit cū volūtate dñi sui. & tūc magis tenēt ad reddendū debitū vxoꝛi q̄z ad seruitiū dñi. q; ex quo ꝓsensit ad matrimoniū videt ꝓsensisse ad accessoria. c. prudentiā. de offi. dele. & l. ad legatū. ff. de ꝓcu. nec pōt eū dñs taliter distrahere q; impediat reddere debitum loco & tpe debito. Aliter ſm Sco. in. iiij. di. xxx vi. q. i. peccaret mortaliter dñs Et idē dic si sūt diuersoꝛ dñoꝛ: si ambo ꝓsentirūt. Et sic intellige & limita Tancre. & alios q̄ vident velle q; nō pōt eos vendere. ſ. taliter q; redditio debiti impediat: aut ꝓtraxerunt dño ꝓtradicente: aut ignoraⁿte. & sic hz teneat mrimoniū tñ magis tenēt dño q̄z petenti debituz vt nō do. Anto. Car. & ¶Da. et cōiter doc. in. c. de cōiu. ser. et poterit eos vendere ad libitum. Verūtū vt dicit Sco. vbi. §. de bono et equo bz in eoꝛ venditione attendere q; sibi possint reddere debitū. imo dico q; ō necessitate tenēt si cū equali conditione vtili sibi hoc pōt facere: alſs non. et sic intellige Sco. 15

¶Vtrū liber q ꝓtraxit mrimoniū se vendēs i seruū: aut ꝙlitercūq; si efficiat seru⁹ dissoluat mrimoniū. ff. q; nec valet venditio qua se vendidit q; nō bz ptātem sui coꝛpis. xxxiij. q. v. q̄ dco. nisi vxoꝛi ad h cōsentiat. Hoc limitat. S. Bo. in. iiij. di. xxx vi. verū: q̄ntum ad cā seruitutē qua impediret quo ad redditionē debiti. secus in alia seruitute q̄ nō impedit. Aduerte tñ q; hz error ipediat mrimoniū nō tñ obligat ad culpā ꝓtrahentes qui errant: nec ēt scienter ꝓhentes cū seruis solūmō peccat. et credo mortaliter seruus vel ancilla q scienʒ habit cū libera. ignoraⁿte cū seruū vel ancillā. q; videt eis q̄z tū m ipso est dolū et in re notabili inferre et multo magis peccāt mortaliter si cōmiscent cū eis hz non peccēt ipsi liberi existentes in bona fide. 16

Impedimentum v. dē vo tū. s. castitat'. Dñ nō q oē votū castitat' emissū obligat ad id q̄ est ꝓ vnū q̄ est de essentia mrimonij vt. §. patuit. et ideo ipsū mrimoniū impedit: et si sit tale votū solēne: talii impedit q; nō tenet

matrimoniū post ꝓtractū sed est nullū. Si vo nō sit solēne sed solū simpler ipedit gdē. sed tñ post ꝓtractū tz. vt nō. in.c. rursus. c. ꝑsuluit. t.c. insinuante. g clc. vel vouē. xxix. cā p totū. nec cures de opinione Hugo. quā dicit Ber. in.d.c. rursus tutiorē. q nō est verū. q tz vtrūq; votū equaliter obliget quo ad deū. tñ eccl'ia noluit statuere vt matrimoniū post ꝓtractū ñ teneat nisi solū post votū solēne. vt p3 p.c. vnicum. de voto. li. vi. t est cōis opi. taz canonistarū. xxvij q.i. t qui clc. vel vouen. q3 Theolo. in. iiij. di. xxxviij. Quid aūt sit votum simpler vel solēne vide. j. votum. i. §. viij.

1 ¶ Utrū cōtrahens post votū simpler peccet mortaliter. R. fm Balsp. Cal. in.d.c. rursus. q aut qñ ꝓtrahit bz aīum consūmandi matrimoniū. t sic peccat mortaliter q: facit ꝓtra votum xxvij. q.i. in multis. c. Aut nō habuit aīum cōsūmandi sed religionē intrandi ante consūmationem. t sic nō peccauit mortaliter cōtrahendo. q: in nullo facit cōtra votū. t sic concorda opi. contrarias.

2 ¶ Sed pone q: hūs votū simpler castitat' cōtrahat. nunqd poterit consūmare sine peccato mortali. R. q: si cōtrarit aīo nō cōsūmandi sed intrandi religionē. sed post q3 ꝓtrarit mutat. p positū. t alter exigit debitū q: reddēdo nō peccat mortaliter. q: ad hoc teneť nec mutando. p positū peccat mortaliter. q: nō erat illud ꝓpositū infirmatū sub voto. t sic poterit esse q: p3 votū simpler castitatis qs ꝓtrahat mr̄imoniū. t ꝑsūmat sine petō mortali. secus si feciſſet votū religionis. q: tz possit ꝓtrahere sine mortali cū ꝓposito nō ꝑsūmandi nō tñ poterit ꝑsūmare sine mortali petō. q: añ ꝑsūmatiōz pōt illud implere. sed nō sic in prefato casu. q: ūn religione talis teneť intrare. t nō intrans teneť reddere exactus. nec ob. c. virgines. xxvij. di. q: intelligit de ꝓiungente se carnali aio post votū. Aduerte hic. t in. §. ꝑcedenti. q: si talis ꝓtrahē do cū intentione intrādi religionē. si videret q ulla cū q3 ꝓtrahit notabilit ledeť. puta q: cū maiori difficultate ineniet aliū virū nō credo euadere mortale. nisi intenderet ei satisfacere. t oīno teneret ei satisfacere de dāno.

5 ¶ Utrū talis q ꝓtrarit post votū simpler castitatis possit sil'r exigere sine mortali petō. R. gl. in.c. agatosa. xxvij. q.ij. t in.c. gdā. t in.c. placet de cōuer. cōiug. tz q: nō. sed glo. in.c. si qs votū xxvij. q.i. recitat quosdā tenere q: solū prima vice peccat mortaliť. sed nō postea. q: p mr̄imoniū sequēs votum extinguitur. vt no. in.c. de viduis. cl.ij. t sequit Jo. i.d.c. rursus. t cōiter doc. Et hāc opi. dicit Lar. in.d.c. rursus. versiō de iure. S3 Jo. an. t cōiter sequēt' i.d.c. rursus dicūt primā opinionē tutiorē quā theo. in. iiij. di. xxxviij. cōiter sequunť. posz tū ꝺdicta diuersitas reduci ad ꝓcordiā. vz vt prima opi. dicat locū q3 qs si nō peteret redderet se nūnis onerosū alteri p:i. marie si ille q fecit votū sit vir. q: sic petēdo pp istū respectū ñ peccaret. t sc̄da opinio loquat' t intelligat' q3 qs solū petit ad satisfaciendū suo appetitui. vt sic nō possit petere sine petō mortali. Si qs tñ vellet simpliciť tenere q: post ꝑsūmatū matrimoniū nō peccet exigendo ēt ad satisfaciēdū sibi. noli cū ꝺcta re de mortali. q: de iure nō videť min⁹ vera q3 sc̄da. Iz sit tutius nō exigere si pōt. q: si nō pōt abstinere ab exigēdo petat dispēsatiōz ab ep̄o vt possit exigere. t q: eps er cā possit dispēsare in h̄ casu tenēt cōiter moderniores in.d.c. rursus. t cā legitima dispēsandi est tale periculū. q: difficile est vt in medijs vndis qs sine labore. Mā t eps dispensat ꝓpter periculū fornicatōis vt post votū simpler castitatis quis ꝓtrahat. vt in.c. veniens. qui clc. vel vo. Itē cū incestuoso vt not. glo. in sum. xxxiij. q.ij. §. de penitentibus. ergo t in isto casu.

¶ Utrū supradictus mortua vxore possit aliā accipe. R. fm Hugo. t Archi. xxx. q.i. de eo. t xxxiij. q.ij. antiqui. q: nō. q: votū nō erat ablatū. sed executio voti. de cōuer. coniu. c. quidam Et idem dicit Archi. de vxore que ad preceptū viri fregit vota abstinentie. t huiusmodi. sed tu dic. vt. j. votum. i. §. xiij. 4

¶ Sed pone q: ambo qui fecerant votū castitatis simpler ꝓtrahant simul. nunqd tz matrimoniū. R. Jo. xxvij. q.i. in.c. si quis votū qō tz: sed neuter poterit exigere. t hoc est verū. ꝑa. Vo dicit in.c. tua nos. de iureiur. q: si suspicio est de incōuenientia q: eps ex officio reintegrabit vt vterq; possit exigere. vt nō. glo. in.c. nosce. xxx. q.i. et in.c. quod de patri. xxxiij. q.v. sed si fine dispensatione ꝓiungentur. tenet Inno. in.c. dudum. de conuer. coniug. q: proles non erit legitima: q: non est amplius matrimoniū quo ad exercitiū carnis. Idem tenet glo. xxxi. di. c. ministri. Idē dic si post contractuz ambo fecerunt votū castitatis. vt no. ꝑa. in.c. carissimus. de conuer. coniuga. 5

¶ Quid de illo q post votū simpler iurauit alicui de cā accipere. R. agat penitentiā de iuramento q: nō valet. c. rursus. q clc. vel vo. Si ir nō tz votū simpler p⁹ iuramentū ꝑstitū de ꝺ bēdo fm Jo. t Bof. nisi sit de religiōe intrā da. q: pōt intrare religionē. c. cōmissū. de ꝑpon. 6

7 ¶ Utrū hūs votū castitatis querēs an teneat matrimoniū si ꝺbat sit ei respondendū. R. quidā dicunt q: nō. q: si dicat q: sic: dabit ei cām peccandi. si dixerit q: nō mentieť. Alij aūt dicunt q: pōt respondere q: tenebit. q: t papa h̄ facit. Ego vo credo q: pōt rādere q: tenebit. dūmō taliter grauet factū q: nō sit imputādū rādenti. sed ei q ex bono malū accipit. si postea contrahat: maxime qñ videt q: votū nō seruat q: nō video quō nō possim dicere facere volēti oīno maius malū q: potius illo dimisso faciat minus. xiij. di. nerui. cum similibus.

Impedimentum

vi. dr̄ cōsanguinitas que est vinculū ꝑsonaꝝ ab eodem stipite descendētiū vl' descendētiū carnali ꝓpagatōne ꝛctū f3 Jo. in sūma. co. ti. Hec ꝑsanguinitas bz tres lineas fm cōiter doc. vna ascendētium altera descendētiū. tertia collateraliū. A prima gsq; trahit originē sic pr': t auus: pau⁹: attau⁹ ꝛē. t idē dic ō matre. auia ꝛē. In sc̄da ppetuat mēoria t gen⁹. vt ē fili⁹: nepos: pnepos: abnepos: t sic fil'r. filia: nept' ꝛē. Tertia respicit illos q nec ipsi a nobis: nec nos ab ipsis trarim⁹ ori ginē. tñ ab eodē sanguine sūt ꝓpagati. vt duo frēs t cox filij q patruelesi dicūť. t filij ꝑfatoꝝ t idē i femis. hec. pbant. xxxv. q.iij. c.i. t p totū ff. de gra. l.i. t. l. iur. ꝑsult⁹. Bz et hec cōsanguinitas gradū qui describiť sic. Brad⁹ est habitudo distantiū ꝑsonaꝝ: q cognoscit quotta generationis distantia due ꝑsone distāt inter se t colligit in.c. lris. t.c. qō dilectio. de consan. t affi. ꝛdo cuius intelligentia nō. iiij. regulas. Prima q: aliť cōputat grad⁹ collateraliū in linea de iure canonico. Aliter ō iure ciuili. Mā duo frēs sunt ff t sor: faciūt vnū gdū cū pr̄e t mr̄e de iure canonico. sed de iure ciuili faciunt duos. t ō i mr̄imonio attēdim⁹ ad ius canonicū. Rō huj⁹ diuersitatis reddit. xxx v. q. v. in c. ad sedē. t ibi vide. Scōa regula q: ꝑsona addita ꝑsone si carnis ꝓpagatione i linea ascēdētiū vl' descendētiū addit gradū dēpto stipite q ō demit. q: filij est de sanguie pr̄is t mr̄is vñ nō fit descēsus p duos gd⁹: tz tñ p vnū de pr̄e ad filiū vl' econuerso. Rō q: hīc vn⁹ ñ ē numer⁹ sed ꝓncipū numeri. sic h. Itē si qs vult facere vnā fenestrā regrūt necessario due colūne. sed si aliā vult addere sufficit vna sola. sic in ꝓposito. Tertia regula ē q: i linea transuersali toto gdu ꝑsone descēdētes a stipite distāt inī se q̄to distāt a stipite. vñ nepos ex vno filio. t ꝓnepos ex altero filio distāt a se i scōo gdu ex vna pte. t i tertio gdu ex altera pte. Quarta regula ē q: qñ ꝑsone distāt inequlit a stipite dz cōputari fz gdū magis remotū a stipite. vt quātū ille remotior fz gdū magis remotū a stipite. vt quātū ille remotior distat a stipite tñ intelligant inī se distare vt. c. vl. de ꝑsan. t affi. Et si ꝑsuetudo cēt in pria q: cōputatō incipet a ꝓpingori. illa cēt seruāda pp scā dalū. vt in.c. qō dilectio. de ꝑsā. t affi. Qō credo vex in ꝺbēdo. sed in ꝛcto tenet vt diri a remotiori. dz fieri nisi s'm. j. dicam in impedimento. xvij. i

¶ Sz qro vsq; ad quē gdū ꝑsanguitat' ꝛipedit mr̄imoniū. R. q: de dictamine legis nature ipe dit mr̄imoniū filij cū mr̄e t filie cū pr̄e. Beñ. ij. reliquet hō pr̄em t matrē t adherebit vxori sed magis est ꝺ ius naturale q: fili⁹ habeat matrē in tali turpitudine vt subiectā. t ꝓptercā phus. viij. de aīalibus narrat de camelo q cum coopuisset mr̄em post cognoscēs interfecit ingeniatorē. Sil'r de equo q cū ꝛcubuisz cū mr̄e cooperta. discoptā cognoscēs ꝓiecit se de alto t interfecit se. Et dictamine legis diuine ꝓhibent mr̄imonialiť copulari ꝑsanguinei in ꝑmo gradu t scōo in linea equali ꝑsanguinitatis t affinitatis: vt p3 Leui. xviij. Et statuto legis ecclesiastice ꝓhibeť matrimoniū vsq; ad quartū gradū inclusiue. c. nō dz. de ꝑsan. t affi. Hec et Ricar. in. iiij. di. xl. Vñ ꝺbētes infra tales gradus nulla longinquitate annoꝝ defendunť gn sint incestuosi. d.c. nō dz. Quidā hāc ꝓhibitionē vsq; ad quartū gradū dicunt verā in collateralibus. sed in descendentib⁹ tenent q: est ꝑpetua ꝓhibitio. Rō q: maior reuerētia debeť parentib⁹ remotis q3 ꝓpingq; t huj⁹ opinioīs est Ri. vbi. s. ꝑc. Du. Jo. t Aco. in. l. nemini C. de nup. Sed ego credo cū Bof. q: nō sit ꝓhibitio ēt in talibus nisi vsq; ad quartū gradū q: cū. d.c. nō dz. loquat' indistincte de ꝑsanguinitate: nec nos distinguere debemus. 1

¶ Quid si duo ꝺbant sil' quoꝝ vn⁹ distat a stipite quinto gradu vel sexto. alter primo vel secūdo. R. q: mr̄imoniū tenet. t q3 Jo. dicat verū si alter sit in scōo vl' tertio. sed nō si sit in primo. q: vna caro censeť cū stipite. tñ h̄ nō teneo. nec alius doctor h̄ tenet. t ideo tene q: tenet mr̄imoniū. vt ēt tenet Dir. Et q̄ ꝛclude q: impetrās dispēlationē a papa vt possit ꝺbere in 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

tertio vel quarto gradu ꝓsanguinitatis. ꝙuis
ex alio tatere ꝑsona cū qua vult ꝺbere sit i scdo
nihilomin⁹ valet dispensatio fm ꝑda.in.c.qō
dilectio.de consan.t affi.q: ꝙuis dispensatio
ꝓ ius sit stricte interpretāda. tñ inipretari pōt
fm dispositionē iuris cōis.qō vult vt cōputa
tio fiat a gradu remotiori.t sic si erit subrepti
tia talis impetrario:ꝙuis nō sit expressū q: ex
alia parte erant in scdo gradu ꝯiuncti. A fo
tiori poterit cū talibus dispensare ille cui gene
raliter ꝓcessa est auctoritas dispensandi in ter
tio vel quarto gradu. vt p3.ē. Dispensatio.ℱ.
ir. Et sic ꝓsuluit Jo.cal. vt recitat.d. Jo. Anto.
ꝺ scto geo:gio.in.d.c.qō dilectio.

Impedimentum vij. ꝺ co

gnatio

spūalis que quidē est quedā ,primitas ꝑsonaꝝ
,ueniens ex sacrī datione vel ad illud tentiōe
Nam sicut homo per carnalem cognitionem
accipit esse nature.ita in generatōe accipit esse
gratie.t de hoc habetur.xxx.q.i.omnes de co/
gnatiōe spūali.c.vlti. Vnde si talis cognatio p̄
cedit matrimoniū non solum impedit: sed di/
rimit post contractum.xxx.q.i.c.i. t de cogna.
spiritu.c.veniens. Si Vo sequitur nō dirimit
sed impedit quo ad actionem debiti carnalis si
fine necessitate contrabif. vt.xxx.q.i.ad limina
t scienter non per errorem.c. si vir de cogna.
spiri.alias nō fm Tho.in.iiij.di.xlij.Ber.Vo
t Rodñ.in.d.c.si vir. videntur innuere q: scie
ter fine necessitate contrahens ipsā cognatio/
nem spiritualem potest etiam erigere.q: nullo
iure inuenitur ꝓhibitum.hoc idē tenet Car.
ibidem. sed tutius est petere dispensationem
fm ꝑpanor.in.d.c.si vir. t Hostien. quia glo.
xxx.q.i.in.c.nosce.t Jo.an.t.d. Anto.in.d.c.si
vir.tenent q: non potest exigere.t cum ipsis te
net sanctus Tho.in.iiij.di.xlij.t potest epis̄o/
pus dispensare vt exigat fm ꝑdc.de pal.era/
ctus tñ reddere tenetur,

1 ¶ Ex quibus sacramentis contrabitur cogna
tio spūalis.ℛ.q: ex tribus solū.s.ex baptismo:
confirmatione:t eathecismo.vt no.in.iiij.sen
ten.di.iiij.t habetur in.c. ꝙuis. de cogna.spi.
li.vi. Attamen cognatio que contrabitur in ca
thecismo ꝛz impediat contrahendū: non tñ di/
rimit contractum de cogna.spi.c.contracto. t
xxx.q.i.si quis filiastram.t est clarum p.c.p ca
thecismū.de cogna.spi.li.vi. Et quid sit cathe
cismus. vide.ē.catheciſmus.

2 ¶ Dualiter computanť gradus in cognatiōe
spirituali.ℛ. ꝑda.in rubrica.co.ti.q: non habij
gradus.sed habet tres species. ꝑdama ꝺ pa/
ternitas que est inter regeneratū t regenerā/
tē siue regenerans ministret sacrm siue tenear
ad sacrm etiam si tenentes sint plures.vt in.c.
ꝙuis.co.ti.li.vi. Scōa est compaternitas que
est inter generantē ministrantē vel tenentem.
seu tenentes ad sacrm t genitores regenerati
t ministrans: vel tenentes si sunt ꝯiugati t cō
sūmauerūt matrimoniū transmittunt hanc cō
paternitatē etiā ad vxorē siue virū. ita q: vxor
cognita vel vir efficiť compater genitoꝝ leua
ti ab altero coꝝ.co.ti.Martinus.t li.vi.co.ti.
c.nec dum.t.xxx.q.iiij.si quis.secus si vxor nō
esset cognita.xxx.q.iiij.post vxorē. Idco succes/
sive quis potest habere duas cōmatres vxores
Tertia species ꝺ frarernitas que ꝺbitur inter
regeneratū t filios regenerantis ministrantis
vel tenētis ad sacrm.xxx.q.iij.pictatiū.t co.ti.
ex litteris.siue sint nati ante hanc compaterni
tatem siue post.co.ti.c.tua nos. Filij Vo quoꝝ
neutro ad compaternitatē est deuentū possit
inter se libere contrahere.nisi consuetudo con
trariū haberet que scandalū generaret ꝛcum
tñ teneret. vt cōmunius teneat in.c.virū.co.ti.
nisi esset talis consuetudo de qua.j.dicam que
dirimit. Impedimento.xvij.

¶ Vtrū filius vxoris ex altero viro sit frater 3
spūalis filij spūalis mariti dicte vxoris prius
cognite anteq̄ teneret vir eius dictū filiū. ℛ.
Be.in.c.f.de cogna.spi.li.vi. Dicit q: do. An.
tenet q: non.q: nō reperiť expressuꝫ. Ipse Vo
Be.videť tenere contrariū qō tenendū est añ
factū:sed post tenet oppositionez primā p rōnem
de qua in sequenti.ℱ.

¶ Vtrū pater spūalis licite possit contrahere 4
cum sorore carnali filij spūalis.ℛ.q: sic.t ratiꝫ
eum eius filia t etiam cum filia spūali filij sui
carnalis.q: ꝛz cognatio spūalis a patre in filiū
transeat non tñ econuerso. Vnde non habet
ramos t cum edictum de matrimonio sit ꝓhi
bitorum.de spon.c.cum apud.xx.q.iij.ℱ.si qs.
t.c.se. Ideo nō egredieť ꝑsonas expressas que
in summa sunt.r.in baptismo.t similiter dicas.t
in confirmatione. vt patet in.c.i.co.ti.li.vi.t p
torū titulum decretalium.co.ti.t sunt cōbina/
te. ꝑdnne sunt inter baptizatum t leuantem:
Secunde inter leuantez t parentes leuati.Ter
tie inter baptizatum t filios leuantis.Quarte
inter leuantem t vxorem prius cognitam leua/
tis.Quinte inter vxorē prius cognitam leuan/

tis t parentes leuati.

5 ¶ Sed numqd extendeť ad filios illegitimos
leuantis ad filiū leuatū.ℛ. ꝑda.in.c.martinus
co.ti.q: sic. fm cōiter doc.ter.est.c.fi.co.ti.xxx.
q.iii.in summa.etiam ad spurios.

6 ¶ Numquid etiam ad filios adoptiuos.ℛ. q:
nō vt tenet glo.in.ℱ.qō aūt.xxx.q.iij.

7 ¶ An extendatur ad fornicarie cognitaz sicut
ad vxorem cognitam.ℛ.fm Archi.t Jo.an. i
c.i.co.li.vi.q: nō.t dicit ꝑda.in.d.c.Martinus
q: est cōmunis opinio. t ideo eam tene quam
etiam tenet Ricar.in.iiij.di.xlij. nec cures de
opinione contratia.

8 ¶ Queritur an vir t vxor in matrimonio con
sūmato cōmunicent sibi passiones spūales:sic
actiones.ℛ. ꝑda.in.d.c. Martinus.q: nō. vñ
filius ex altero conceptus si teneatur ad bapti
smū non efficitur leuans ipsum.nisi solum cō
pater illius cuius est filius non alterius. quā/
uis in matrimonio sit ei coniunctus.xxx.q.iiij.
qui spiritualem.in glo.t in.c.i.co.ti.li.vi.

9 ¶ Vtrum vir t mulier qui simul leuauerunt
vnum filium possint simul contrahere.ℛ. fm
Inno.q: sic.t facit ter. cum glo.xxx.q.iiij.c.fi.
Et sic patet q: vir t vxor simul vnū leuare pos
sunt.ꝛz non sit honestum.

10 ¶ Vtrū nō baptizatus leuans vel baptizans
aliquē contrahat hanc cognationē.ℛ.fm.Ri.
vbi.ē.t Tho.t ꝑdc.q: nō.q: oim cognationuꝫ
spūaliū que p sacrm contrahunť t oim sacroꝝ
baptismul est fundamentū. vt in.c.i.de pre.nō
bap. Vlo.tñ in.c.in baptismate de ꝑse.di.iiij.
ꝛz q: ꝛz suscipiens nō efficiať cōpater.fit tñ ba
ptizans ꝙuis nō sit baptizatus. Et placet mi/
hi.q: cū nō possit dici quin sit pr illius quē ba
ptizauit.ergo erit cōpater.secus in suscipiente
q: ergo nō pōt esse pater suscepti. p.d.c.in ba
ptismate.ergo nō erit compater. Secus in co/
gnatione spūali passiua. fm glo.in.c.i.xxx.q.i.
q: si quis tenet filium nō baptizati vel tenens
filiū aliciuus baptizati efficitur compater pris
filij leuati t alterius coniugis illius xpiani: ꝛz
non sit baptizata.cōco:. Alber. Item dic q: ba
ptizatus ꝛz non confirmatus tenens in confir/
matione non contrahit compaternitatem. vt
ē.Confirmatio.ℱ.ri.

11 ¶ Vtrū nō tangens sed simulans se tangere
t respondēs eū alijs patrinis efficiať cōpater
ℛ.q: nō nisi tangat: vel tenendo dū baptizať.
vel leuando de sacro fonte: vel tenendo ad cō/
firmationē.hoc sequiť Jo.an.in regula. qui p

alīū.de re.iur.li.vi.facit.c.de bis.t.c.ad limina
xxx.q.i.t Archi.in.c.i.co.ti.li.vi. allegat.c.pri/
mū.t.c.omnes.xxx.q.i.

¶ Quid si teneat t nō respondet per hoc intē 12
dēs non effici compater. Respon.fm Rodo.
q: nihilominus efficitur.quia respōsio non est
de substantia.sed tactus seu tentio vel leuatio.
Et ꝙuis aliqui teneant q: necessario requirun
tur verba.alij q: saltem signa ,p verbis.vt recī
tat Be.in.c.ne dum.eodem.titu.li.vi.tu tamē
tene q: tactus t leuatio sūt satis signa equipol
lentia ,p verbis.

¶ Quid si nō tangit puerum sed lintcum solū 13
in quo puer est inuolutus.ℛ. Archi.in.c.ꝙuis
de cogna.spi.li.vi.q: nihilominus cōtrahitur
compaternitas fm Hugo. Idem ꝛz Jo.an. t
no. Archi.xxx.q.iij.c.fi. t satis videtur facere
ter.in.d.c.ꝙuis in verbo accesserit. ꝑdc.de pal.
videť tenere q: requiratur tactus.

¶ Vtrū ista cōpaternitas possit ꝺbi p ,pcura 14
torē.Mar filius t Lar.vt recitat ꝑda.in.c.ve/
niens.co.ti.tenēt q: sic. Jo.an. t Archi. vbi.ē.
tenēt q: nō. Sz mihi placet opinio ꝑda.vt añ
ꝛctū mrimoniū teneať q: ibi est cognatio spūa
lis post ꝛctū tenēda est alia opinio.s.q: nō ꝺba
tur. Et idē dic in vniuersitate an possit ꝯtrahe
re silr hāc cognationē p,pcuratorē q: añ factū
sic vt singuli de vniuersitate sint cōpatres. q:
dispositio ꝓcepta in vniuersitate resoluiť vt cō
cernat singulos de ipsa si actus nō eadit in vni
uersitate vt res nō pereat.facit ter.in.c.si snia
de sen.ercō.li.vi.t glo.in.c.romana.in.ℱ.in vni
uersitatē.de sen.creō.li.vi. sed post factuꝫ tene
cū Fede.cōsilio.xv.q: nō pōt cōtrahi.q: nō ꝺz
aiam t nō est baptizata.

¶ Sed nūqd ,pcurator erit ipse cōpater in ca/ 15
su quo nō possit ꝯtrahi p,pcuratorē.ℛ. Jo.an.
vbi.ē.ꝛz q: sic. q: ꝛz nō intenderet obligari: tñ
q: re interuenit. t iō ēt extra qō agiť nascitur
obligatio. vt.l.si is qui.in fi.ff.cōmo. Sed ꝛctū
tenet Fede ꝓsitio.xv.t eā verioꝛē credit ꝑda.
in.d.c. veniēs. facit qō nō. ꝑdc.de anch.qui di
cit q: tenēs filium alterius quē credebat filiuꝫ
vnius cū quo intendebat cōpaternitatē cōtra
here nō cōtrahit compaternitatem cum nō sit
filius illius. Et ideo ꝺc ante contractū verus
quod ꝺcit Jo.an.t post contractum verā opi
nionem Fede.

¶ Vtrum baptizans vel confirmans efficiať 16
cōpater.ℛ.olim fuit dubiū.hodie clarus. in.c.
i.co.ti.li.vi. Vnde quicunq: baptizat: siue in

Universidad de Deusto
Biblioteca

necessitate siue habeat voluntatē cōtrahendi compaternitatē siue non: dūmodo baptiçat ex ficit cōpater: siue sit masculus vel femia. Nec ob. l. consensu. ff. l. in oibus negocijs. ff. de acti. et ob. q; habent veritatē qñ nihil volūtarie fit sed hic ly nollit esse compater: tñ vult baptiçare vel tenere et ideo contrahitur. facit. d. l. si is q in fi. q; qui vult principale necessario vult et accessoriū. Nec ob. qđ dictū est de ꝓcuratore sm opi. Fede. q; ꝓcurator non tenet nisi suo ideo non valet nec principale nec accessorium.

17 ¶ Utrum spūales filij possint inter se contrahere. R. q; sic. et ēt cum adoptiuis. vt nō. in. c. vnico. de cog. le.

18 ¶ Utrū pater possit tenere filium illius qui tenuit suū. R. Pa. iu. c. super. eo. ti. q; sic. q; nō est prohibitum.

19 ¶ Utrū epūs possit dispensare vt sint plures q teneant ad baptismū vel confirmationē. R. q; sic sm dñicū de sctō Georgio. in. d. c. quāuis.

20 ¶ Sed nunquid peccent plures tenentes. puta duo vel tres sine epi dispensatiōe. R. si sm morem patrie cōiter tenent videnť excusari a peccato sm Jo. an. et Archi. in. d. c. quāuis.

21 ¶ Quid de baptiçato in domo p necessitatem vel alio respectu. et postea in ecclesia solenniter R. Tanere. tenet vt recitat glo. lx viij. di. c. prebyteri. q; si quis miles baptiçareť. miles suscipit sacrm. aliter non fieret injuria sacro de cōse. di. iiij. ostendit. hoc idem videtur tenere glo. in. c. ij. de aposta. Sed tu tene cū glo. in. d. c. ꝓbyteri. q; non est verū. q; nō imprimit nouus character. Et sic tenendo concludē q; solū compaternitas ꝓtrahetur p illos qui tenuerunt in domo et non p alios qui tenuerūt in ecclesia: nisi forte illa que contrahitur p catheciśmū si in domo non fuit catheticatus. sed hec vt dixi ñ dirimit matrimoniū post contractū.

Impedimentum octauū di cit cognatio legalis que est ꝓpinquitas personarum ex adoptiōe ꝓueniens.

1 ¶ Quot sunt cius spēs. R. tres. Una est quasi descendentiū. que est inter adoptantē et filiū adoptatam. vt in. c. vnico. de cogna. le. Secūda spēs est quasi collateraliū que est inter liberos naturales adoptantis qui sunt in eius ptāte. et ad optatū. l. qui in adoptionē. ff. de adop. Vtez inter duos filios: filioꝝ adoptiuoꝝ. intellige si sunt coꝝ patres arrogati: alś non sm glo. in d. c. vnico. insti. de nup. §. spēs aūt. Tertia spēs est quasi affinitas que est inter adoptatum et vroꝛē adoptantis et econuerso inter vroꝛē adoptati et adoptantē. sed non inter patrē et adoptantē et matrē adoptati. Fm Tho. et ꝑc.

¶ Utrū hec cognatio legalis impediat matrimoniū ꝫbendū et dirimat ꝛctū. R. sm Hugo. et Ricar. i. iiij. di. xliij. Jo. de ligna. et glo. et Pa. in. c. vnico. de cogna. le. q; sic. q; dicit adoptiōe durante nuptie nō pūt inter eos consistere. ad idez in. c. i. et in. c. p adoptionē. xxx. q. iij. Jo. an. et Specu. tenent q; non dirimat: ly impediat. Aduerte tñ q; prima spēs et tertia semper impediunt. sed scda nō: nisi ad tps id est qđiu sūt in eiusdem patris ptāte. sed ea soluta vel mortc vel emancipatione filij adoptiui vel naturalis vel alio modo quo adoptio habet solui nō prestat impedimentū. hoc ꝑ insti. de nup. §. i. ij. et. iij. et co. ti. c. vnico. et. xxx. q. iij. ita diligere debet homo.

¶ Utrū cognatio legalis transeat ad nepotes filiū filij adoptiui. R. q; sic. nec tñ hec cognatio habet gradus: q; in eodem gradu attinet pī filio et nepoti.

¶ Utrū filius qui nō transit in ptātem patris adoptantis possit contrahere cū filia naturali adoptantis que est in eius ptāte. vl econuerso R. Aug. xxx. q. iij. in ꝓin. Jo. et Inno. tenent q; sic. sed sm Pa. in. d. c. vnico. et glo. in. d. q. iij. qđ aūt. et cōiter doc. tenent q; ly non transeant in ptātem adoptantis. tñ impedit ne cōtrahere possit cū naturali. q; p adoptionē acquirunt quedā iura que p emancipationē dissoluunť. l. pe. C. de adop. et ius canonicū indistincte tenet et loquit de adptato nō de arrogato. Ideo idē ius. et sic ꝑ q; etiā filius illegitimus qui nō est in ptāte patris non potest contrahere cum filia adoptiua patris.

¶ Utrū filius naturalis arrogantis possit contrahere cū filia filie adoptiue. R. q; sic. q; cum mulier neminē habeat in sua ptāte eius filia non potest transire in ptātem arrogatoris matris. et ideo nulla cognatio inest inter eos. ff. de adop. l. si pater. Secus eēt in filia filij arrogati que in eius ptāte erat qñ fuit arrogatus q; contrahere non posset cum ea sm Jo.

¶ Utꝝ filij adoptiui possint ꝫbere inter se. R. q; sic: sicut nō. Hugo. xxx. q. iij. ita diligere. sed Jo. non admittit in arrogatis qđiu sunt in ptāte adoptantis. sed in adoptiuis sic.

Impedimentum ic. dē crimine. nus

quedā sunt crimina que impediūt matrimonium cōtrahendū de rigore iuris sed non diriműt cōtractum. Et ser. no. in gl. c. q; pres byterū. de pe. et re. c. in gl. xxxiij. q. ij. i. §. de penitentibus. Primum est incestus de quo dic. vt. s. Incestus. Secūdum vroricidium. Tertiuꝝ raptus sponse alterius. Quartū lenatio proprij filij malitiose facta de sacro fonte. Quintum pres bytericidiū. Sextū acceptio monialis in vroꝛem. Septimū de solēniter penitentibus: sed tñ eps posset dispensare rōne inuentutis. xxxiij. q. ij. antig. Sed tu dic q; sufficit licentia ꝓprij sacerdotis: imo de cōsuetudine nō fuit iste rigoꝛ vt petat dispēsatio sm Ray. et Rodoñ. Vñ Jo. i. c. i adoloscētia. xxxiij. q. ij. tenet q; iuuenis incestuosus sine dispēsatione pōt ꝫbere: sed nō senex: et tutius tñ est petere dispensationē quāuis etiam non esset condemnandus si non peteret. de quo dic vt. s. Incestus. §. iij. et. iiij.

¶ Que sunt crimina que impediunt ꝫbendū: et dirimūt cōtractū. R. q; sunt duo. Primum. cū quis vinēte vroꝛe, ꝓria contrahit p verba de ꝑsti cū alia: vel econuerso vroꝛ cū alio vl si dē de ꝫbendo dedit: et ad cōlibet istoꝝ secutū sit adulterium. vt in. c. fi. de eo qui duxit quam pol. per adul. xxxi. q. i. relatum. Aduerte q; ad hoc qđ quodlibet istorum sit impedimentum requiritur. Primo q; vterq; sciat q; alter coꝝ habet cōiugem: q; si cū ignorante aliquis contraheret posset esse matrimoniuꝝ inter eos pō mortem vroris prime: vt est casus in. c. i. eo. ti. Quod limitat Pa. ibidem si super iducta fuit ignorās toto tempore vite vroris: et dicitur ignorare quādiu non habuit certitudinem vl probabilem opinionem. vt in. c. i. inquisitioni. de sen. excō. alś si certiorata de vita primevroris pmitteret se cognosci non posset inter eos esse matrimonium. d. c. fi. et sequuntur cōmuniter doc. et idē dic per oīa quādo data fide segť adulterium: q; parificanť. d. c. fi. Secūdo requiritur q; sit fides data de ea accipienda vel ea de facto acceperit in vroꝛem: quia si fides data non fuisset de ea accipienda in vroꝛem non esset impedimētum. Et aduerte q; aliqui volunt. vt ponit Ric. in. iiij. di. xxv. q; si solū nude promisit q; non erit impedimētum: sed oꝛ sit fides data vel iuramentum interpositū: ly magis credo q; etiam ex nuda, pmissione oriať istud impedimētum: maxime ante factū. Tertio requiritur q; post matrimoniū cōtractum vel fidem datā sequať adulteriuꝝ q; solū adulteriū sine cōtractu vel datiōe fidei nō inducit illud ipedimentum. nec ꝫctio seu datio fidei sine adulterio. vt. c. significasti. eo. ti. xxxi. q. i. c. i. Quarto requiritur q; matrimonium primuꝝ esset validū: q; si prima vroꝛ non erat legitima nō erit ipedimentū: vt in. d. c. significauit. licet dederit fidem cū adulterio: et sufficit q; primā matrimoniū sit cōtractum ꝓverba de presenti ly nō sit ꝓsummatū: et etiā si esset sepatuꝝ quo ad thorum: vt in. c. significauit. et. c. ex litterarum. eo. ti.

¶ Sed quid si quis dedit fidem vni mulieri 2
¶ Utrũ cũ fratres stant sil'p⁹ morte patris ⁊ 33
vnus de fructibus laborum suoꝝ:vel de alijs
bonis posuit in domo,p cõi victu possit repe
tere illud plus in diuisione.ff.do. Vbal.vbi.s
q⁹ illi qui extant sunt sui nisi ẽcta fit societas i
illis. Si aũt sunt ꝓsumpti tũc si iter eos erat
ẽcta societas cõuiuendi qz viuebant ad vnuz
panez ⁊ vinũ. tũc nõ bñ ꝓsideratio ad illud p⁹
qz societat' iure ꝓsumpti intelligũť: vt ẽ casus
in.c.si duo fratres de fratribus de nouo bene.
inuesti.in vsib⁹ feu.⁊ hoc nõ rõne fraternitat'
vel cohabitatiõis sed cõis mense ſm Bal.i.d.
c.si duo.quod no.qz quotidiana in fratribus
quoꝝ vnus habet maioꝛem familiam altero.
Si vero societas conuiuendi nõ erat int eos:
puta qz vnus minoꝛ inter quos non ẽbit.l.ɜ i
conditionibus.§.fi.ff.,p socio.vel alter furio
sus vel,pdigus cui erat interdicta administra
tio vel monachus ⁊ similes.⁊ tũc expresse nõ
iputantur inter fratres que sunt facte prio ali
mentis nisi,ptesteť q⁹ nõ intendit donare.l.nẽ
scnius.ff.de nego.ge. vel nisi qz redditus cões
erãt sufficientes ad alimẽta sed ꝓseruabat fru

mentum vt melius venderet: vel qz naturali
cbaritate nõ teneba alimẽtare.ar.l.ti.ff.d pe.
here. ſm Bal.in.l.filie cuius.C.fami her. Itez
qñ ille qui fecit ipensas erat pauꝑioꝛ: vt no.i
l.alimẽta.C.de neg.gest.,p Jaco.butri. ⁊ Bal.
qz prima charuas incipit a ipso.l.presens. C.
de seruit.⁊ aqua. Et sic Bal.in.l.si paterno.C.d
nego.gest.ɜ de rusticis quoꝝ vnus multa po
sunt i domo prio alimẽtis q⁹ põt petere qñ in fi
lijs alimẽtatis nõ erant ope aliqles correspon
dentes alimẽt'.qz cõter rustici sunt pauperes
quoꝝ ocuius ẽ porcellus. vt dicit glo.in.l. ulci
tas.ff.de offi.presi.⁊ raro habent pecunias. vt
dicit Bal.in.l.idem.C.locati. ꝛo no ꝓsumit
donare cũ ipse nõ habeat supitua.qd no.
34 ¶ Utrũ cũ vnus fratrũ ponit lucra sua,p re 1
paratione cõis patrimonij:vel emit boues,p
colendis possessionibus communi⁹ possit illud
repetere.ff.d. Vbal. vbi.s.q⁹ sic expresse p ter.
in.l.cr duobus.ff. nego.gest.⁊ Bal.in.l.fiũe.C.
famil.herci.
35 ¶ Sunt duo fratres vnus legitimus alĩ⁹ spu
rius qui societatem cõtrahũt omnĩũ bonoꝝ
i vita patris ipsoꝝ:querit an moriẽte pre eius
hereditas trãseat etiã ad ipurĩũ. ff. Bal.i.l.i.
C.,p socio.q⁹ sic no vt successionis vel relicti ɜ
iure societatis.qđ no.prio cautela.tu q vis spu
riũ succedere in hereditate cum legitimo vt fa
cias eos cõtrahere societatem in simul omniz
um bonoum.

Ecunia aliquãdo capitur lar
gissime prio oĩ re mũ
di.i.q.iij.totum.⁊ in.l.nois.ff.de verb.
sig.dñ nois pecunie appellatione rem significa
re proculus ait. vbi glo.rem.s. omnem que sit
vel esse possit in patrimonio:⁊ sic rei appella
tio latioꝛ est q̃ pecunie. vt in.l.rei.ff.eo.qz res
facre;⁊ liber homo qui nõ põt esse in patrimo
nio sunt res ⁊ nõ pecunia. Sed stricte ⁊,ppꝛie
pecunia accipiť,p pecunia numerata.xiiij.q.iij
c.i.ij.⁊.iij.⁊.ff.de ic.i.l.talis scriptura.ĩ prĩ. Se
cũdũ etiaz quattuoꝛ magistros expositores re
gule beati Frãciſci pecunia accipiť:,p oĩ re q̃
quis vtitur ad aliquid,p precio vanduz. vnde
dicũt q⁹ non ɜ fratribus minoꝛibus aliqua re
cipe qbus vtanť,p precio ad aliqua emẽda.
1 Sed pone q⁹ aliqs vult dare fratri minoꝛi ali
quã res q̃ frater nõ indiget nũquid poterit cã
recipe vt vendat ⁊ de precio aliã necessariam
emat.ff.q⁹ non.qz sic esset recipere pecuniam
sed bene põt cã recipe alio nũq̃ cã distrahẽdi
ipse sed,pcuratoꝛi ordinis assignãdi vt ipse eã
vendat vel in necessariã cõmutet:qz sic nunq̃
est pecunia q̃ prohibeť in regula recipi q̃diu ẽ
in manu eius:sed postq̃ ẽ assignata,pcuratoꝛ
Lar.vero in de.criuit.§.pono.de ver.si. dicit
q⁹ hodie denari⁹ ⁊ pecunia ,procedẽ accipiũtur
⁊ sic exponit verbũ vel ,p,i. in predicta regula
minoꝝ:vt sit sensus nõ recipiãt denarios:vel
i.pecuniã,phibẽdo cuiuscũq̃ generis monetã
sed magis plɜ opi.q̃ttuoꝛ magistroꝝ.
¶ Utrũ mutuãs.r.in auro teneat recipe i ar 2
gento tũ ipso inuito vel in diuersa forma: pu
ta florẽtinos,p senẽsibus mutuatis.ff. ſſDa.in
c.quãto.de iureiur.colligendo mẽtem Bar.in
l.ſſPaulus.ff.de solu. Aut mutuauit.r.libras i
iiij.florenis:⁊ tunc sufficit restituere .r. libras
etiã i alia moneta:qz videtur extimatos illos
florenos ,p.r.libris vẽdidisse sicut dicimus in
dote cũ traditur extimata.l.cũ dotẽ.C.de iure
do.⁊ idẽ dic i deposito. Aut fuit dictũ mutuo
vel depono decẽ libras in florenis:⁊ volo mihi
restitutionẽ fieri i florẽis:⁊ tũc periculũ ɜ cõmo
dũ ptinet ad debitoꝛẽ seu depositariũ: vnde ɜ
nec restituere in florenis ſm extimationẽ exi
stentẽ tpe solutionis fiẽde.ar.d.l.cũ dotẽ. Aut
fuit simplr factũ mutuũ:puta mutuo tibi cen
tũ florenos ⁊ tũc ſi est passurus aliqđ 'damnuz
recipiẽdo in alia forma nõ teneť recipere.d.l.
ſſPaulus. Si vero nullũ dãnum ẽ passurus si
vult restitui in eadẽ materia:sed i alia forma:
puta florentinos,p senẽsi.sic tenetur re,e.i
alia materia:puta argentũ prio auro: nõ teneť
recipere. vt i.d.l.ſſPaulus. Sed i alia materia
nõ teneť reciperc:qz mutuũ ɜ restitui in eodẽ
genere ⁊ eadẽ bonitate. vt i.l.cũ quid.ff.si cer.
pe.⁊ aliud,p alio inuito creditoꝛe solui nõ põt.l.
ij.ff.si cer.pe. Cõsuetudo tñ est vt soluatur in
alia materia ⁊ seruãda est:qz videtur actũ qđ
ẽ cõsuetum.l.q⁹ si nolit.§.qui assi/ua.ff.de edi
li.edic.⁊ cõsuluit Oldradus. In depositio aũt
cõsidera si fuit actũ vt pecuniam confunderet
cũ sua.⁊ idẽ dic q⁹ de mutuo:an teneret sepa
ratã ⁊ sic eam reddet ⁊ non alii in forma aut
materia.

Edagium dñ a pedibus:da
tur eni a trãseũ
tibus in locis ꝓstitutis a principe: vel
ab eo qui ɜ sup hoc auctoritatẽ. Pontagiuz
vero dať prio ducatu p terrã alicuius vt secu
rius vadat. Salinarium aũt dať prio sale vt.s.
possint emere vel vendere. Hec habentur i.c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

super quibusdã. de ver. sig. in glo. Vnde pedagiũ idẽ significat q̃ vectigal. vt no. do. Jpe. de ancha. in. c. q̃q̃. de censi. li. vi. ꝛ soluit q̃q̃ solum, p trãsitu personꝫ: vt ferrarie. Aliquando p rebus quas quis defert nõ vsus sui causa: Tributũ ẽ q̃ prestat fiscꝰ: idez est q̃ census vel pensio.

1 ¶ Quis potest iponere pedagia: guidagia: ꝛ salinaria. R. q̃ princeps vel rex romanoꝝ: aut ille cui a lateranẽsi cõcilio fuit cõcessum: vel qui ex lõga ꝓsuetudine de qua nõ extat memoria in ꝟsũ hoc hꝫ. vt no. in. d. c. sup qbusdã. alias non habẽtes auctoritatẽ ab aliquo prefatorũ exigentes sunt ercõicãdi de censi. inouamus. ꝛ de iure ciuili sunt ppetuo exilio dãnandi. C. noua vectiga. isti. nõ po. l. vlti. Sed hodie crẽ ciuitates italie hñt mecꝝ ꝛ mirtũ imperiũ obtinuerunt de facto vt iponere possint ista pedagia. vt no. Jo. an. ꝛ pa. in. d. c. sup qbusdã. Alij ãt q̃ de facto iponũt seu iposita exigũt: nisi habeãt auctoritatẽ ab aliq̃ predictoꝝ rapinaꝫ cõmittũt. Silr nõ sufficit q̃ vna ps ciuitatꝭ cõsentiat: sed oꝫ q̃ maioꝛ ps preserti eoꝝ quibꝰ tãgit fꝫ do. Baspar. cald. i. c. fi. de ma. ꝛ obc. facit. l. in pcedendo. ff. de aq̃. plu. ar. regula. Qõ oẽs tãgit li. vi. ꝛ sic pꝫ que ẽ cã efficiẽs.

2 ¶ Vtrũ prefata pedagia possint iponi ab hñtibus ptãtez sine iusta cã̃ que põt dici cã finalis seu formalis. R. fꝫ May. q̃ nõ. ꝛ exigẽs cõmittit rapinã si sine legitima cã iponit. Et cã legitima ꝛ iusta sunt publice necessitates: q̃s Bar. in. l. vniuersi. C. de vecti. appellat stipẽdia: pontes publice: domus: defensio strate: ꝛ hmõi. facit. c. si qs romiperas. xxiij. q. iij. iũcto. c. inouamus. de treu. ꝛ pa. ꝛ in. c. pucnit. ꝛ. c. cũ apls. de cẽsi. ꝛ. l. vectigalia. ff. de publi. ꝛ ibi p doc.

3 ¶ De qbꝰ debẽt solui pedagia. R. q̃ solũmodo de his que cã negociatiõis vel mercimonij deferũtur. C. de vecti. l. oium. vnde de his que qs facit portare p necessitate ad vsum sue vite ꝛ familie nõ põt exigi pedagiũ: ꝛ nec valet cõsuetudo i cõtrariũ sm Jo. Ber. in. d. c. sup qbusdã. imo vult ler vniuersi. C. de vecti. q̃ deceptiẽt q̃ de rebꝰ ad, ppriũ vsum vel gra ruris colẽdi: vel ad se defendendũ emptis vel delatis exigit pedagiũ: vnde in his fraudãtes nõ peccant. Sed attẽde q̃ aliq̃ pedagiũ dr etiã colleta que posset iponi sup hmõi i suos subditos ꝛ sic nõ liceret fraudare: q̃n ex legitima cã ipo nitur: sed forẽses nõ tenerent. ꝛ hoc dicit causa materialis.

¶ A quibus pñt exigi pedagia. R. q̃ ab oĩbus exceptis clericis: ecclesijs ꝛ alijs ecclesiasticis 4
ꝓsonis: ꝛ si qs a talibus exigit p se vel p interpositã ꝓsonã si est ꝓsona singularis excõicatꝰ est ipso facto. Si collegiũ vel vniuersitas ciuitatꝭ: castri: vel ville subijcitur interdicto donec restituerit extorta. Jntellige dũmõ pñati nõ cã negociatiõis deferant. hec hñtur in. c. q̃q̃. de cẽsi. li. vi. Et quõ idirecte pñt exigi. vide. s. immunitas. §. xxxviij. cũ. iiij. §. sc.

¶ Sed qd de iponẽtibꝰ noua pedagia sine au- 5
ctoritate legitima: vel augumẽtãtes antiqua vl exigẽtes iniusta: siue ex cã efficiẽti siue ex cã finali vel materiali. R. q̃ raptores sunt ꝛ tenẽtur ad restõnẽ eis a quibꝰ extorserũt vl eoꝝ de redibꝰ si sciũt eos: vel saltẽ paupibꝰ si eos ignorãt. ꝛ h de necessitate precepti. c. si res. xiij. q. vi. ꝛ hodie p ꝓcessum curie sũt excõicati excõi catõe papali. vt. s. excõicatio. v. casu. xx.

¶ Vtrũ fraudãtes pedagia vel guidagia pec- 6
cẽt ꝛ teneãtur ad restõnẽ. R. sm cõiter doc. in d. c. inouamus. ꝛ maxime Jpa. q̃ sic. si sunt legitima auctoritate iposita: vel ita antiq̃ q̃ de cẽsimitio nõ extat memoria. et iã sm Jo. si cã nõ est expressa a ꝓncipe cũ ea cõcessit imponi posse. Et etiã si ille qui recipit nõ facit id pro q̃ ꝓsumit q̃ sint ꝓcessa: dũmõ nõ cõstet q̃ pp illud fuerit iposita: ꝛ sic trãseũt cõiter doc. Sz ego dico q̃ vbi iponẽtes talia pedagia nõ laborãt loco ꝛ tpe, p vniuersali vtilitate. s. viaꝝ põtiũ: saluatione ꝓsonaꝝ ꝛ reꝝ iurta suũ posse ad qõ tenent fꝫ Archi. in. c. si gl romiperas. xxiij. q. iij. nõ peccant qui ea defraudant. sine mẽdacio tñ ꝛ ꝑiurio: nec tenẽt ad restõnẽ. nec ẽt credo peccẽt mortaliter fraudãtes q̃uis p̃dicti laborẽt i predictis, p loco ꝛ tpe. Nõ q̃ cõiter sic instituũt. s. statuimus q̃ quilibet soluat ꝛ. sub pena cadẽdi in cõmissum si aliter inuentus fuerit. Et iõ istud statutũ non obligat ad mortale. vt. s. dixi inobediẽtia. §. i. nec ẽt ad penã vt tz gl. in. c. fraternitas. xij. q. ij. nisi pꝰ condẽnationez: si obijcias q̃ dãnificant gabellas emẽtes. ad ꝟ. R. q̃ suũ dãnũ: q̃ ita ꝛ sub ista cõditiõe emũt vt vigilẽt als sibi imputet. Si vero statutũ ex q̃ iponũtur esset preceptiuum sic dr̃et locũ qd cõiter tenẽt doc. Si ãt non sunt legitima auctoritate iposita: tũc extranei. s. qui nõ sunt subditi talibꝰ iponẽtibꝰ nõ peccãt: nec in aliquo obligãt. Aduerte tñ q̃ pedagia nri tpis sunt cõiter illicita. Vnde nisi pbẽt legitime iposita debemus presumere iniusta. c. q̃q̃ de cẽsi. li. vi. ergo ante q̃q̃ pbẽt esse legitima sta bo in ꝓsumptiõe iuris. s. q̃ sint iniusta: ꝛ sic si tenear soluere. Et sic nota q̃ noua pedagia siue augmẽtationes factas nullus põt exigere: nisi sit certus: q̃ sint iposita ꝛ ab habẽte auctoritatẽ iponẽdi ꝛ ex legitima cã ex q̃ ius ꝓsumit oĩa fore iniusta. Vnꝝ ẽ q̃ subditus qui cogeret ad ipsa exigenda excusarẽ i dubio pp bonũ obediẽtie: sed nõ illi qui volũtarie ea exigũt. Nec excusarẽ eos a mortali peccato q̃n ꝺ hoc aduerterent si ea volũtarie exigerent. Als hoc nõ aduertendo. s. q̃ ius ꝓsumat iniusta nisi quatenꝰ pbent legitima nõ peccãt mortaliter: sed ad minꝰ tenebũtur ad restõnẽ exactorũ si postea ueniẽtur nõ fuisse legitima. Subditi vero obligãtur sm formã statuti q̃ i coꝝ preiudiciũ bene potuerunt pedagia iponere. vt no. Jpa. in. d. c. inouamus: q̃ potius tũc dicit collecta q̃s pedagiũ. Qd limita verũ q̃n pp bonũ reipublice fuerũt iposita aliter nõ obligant nisi qui ꝓsenserũt vt in regula q̃ oẽs tangit. li. vi. Jtẽ nec extranei nec subditi obligãtur q̃n sunt iposita ex certa cã: ꝛ cõstat ẽt ab habente ptãtẽ iponendi: ꝛ ille qui exigit seu exigere facit nõ implet cãm pp quã sunt iposita immo peccat mortaliter ꝛ restituere tenetꝭ: q̃ cã cessante cessat effectus. de appel. c. cũ cessante. sane intelligẽdo. s. loco ꝛ tpe debito: q̃ nõ semp sed p sp illud tenetꝭ facere. ꝓ quo ẽ pedagiũ iposituũ. Et hec oĩa intelligẽ: nisi i non soluẽdo talia pedagia imineret aliq̃ scandalũ: q̃ tũc indistincte teneret quilibet ad ea soluẽda. Cõsulo ergo ꝓsessoribus q̃ videãt decreta dictoꝝ pedagioꝝ vt possint bonũ iudiciũ dare: Vtrũ sint obligatoria ad culpã vel nõ. Jtez dic q̃ nimis grauati aliꝰ iposituõibus vel quãdo gabelle sunt nimis graues ꝛ sine necessitate nec ad vtilitatẽ cõis pñt fraudare sine peccato. silr q̃n ponẽs nõ hz iustũ titulũ dominij.

7 ¶ Vtrꝝ ꝛpiani teneãtur soluere pedagia sarracenis ꝛ alijs infidelibꝰ. R. sm Jo. q̃ nõ tenentur nisi solũ ad ꝟ vt sustineant i trãsitu p eos ꝛ plz mihi ista opi. hz aliꝰ ꝟsũ teneãt ꝛ male: tũ q̃ ꝛpiani nõ tenent ad coꝝ statuta. Limito tñ nisi expresse ex pacto volũtarie ꝓuenissent cuz eis ad soluẽdũ. Mã tũc si ipsi seruãt fidez ꝛpianis ꝛpiani tenentꝭ eis fuare. xxij. q. iiij. inocẽs. ꝛ xxij. q. i. noli. his ꝓcor. Archi. in. d. c. si qs romiperas.

8 ¶ Vtrũ erigẽtes pedagia seu erigere facientes teneãtur itinera tenere secura. R. Bal. i. li. de ꝓsuc. feu. in ti. de his q feu. da. pñt. in. §. abbatissa. ꝛ in ti. de pace iura. fir. §. puẽticulus. q̃ sic Vnde addit q̃ si fiũt alique robarie i coꝝ curia: territorio vel districtu ab eis possesso: vbi erigũt pedagia a trãseũtibꝰ tenent aut robariã restituere aut malefactorẽ exhibere. l. nequid. ff. de iceñ. rui. nau. Et q̃ teneãtur ad restõnẽ integram de spoliatõe itelligo vexꝝ: q̃n ex defectu coꝝ venit nõ faciẽdo qõ facere tenenꝭ. xxiij. q. ij. dñs. ꝛ. q. v. administratores. ꝛ. C. de appel. l. si appellationẽ. ꝛ segtur Jo. ꝛ Archid. in. d. c. si quis romipetas. non tñ tenetꝭ exactũ in pedagio restituere sm Jo.

Pena stricte ꝛ ppꝛie est dũtarat illa que ẽ corꝑeis afflictiua: ꝛ iõ appellatiõe pene nõ venit pena pecuniaria vel extra corpus sm Jpa. i. c. iter alia de inu. cc. ꝛ ibi ẽ ter. vbi dr cõfugiẽs ad eccliã nõ dz pdẽnari ad penã: ꝛ tñ postea dicit q̃ legitime puniẽdus vbi ẽ glo. puniendus. s. pecunialiter dũtarat vel alia pena ꝓꝛi corꝑalez: xvij. q. iiij. reũ. ꝛ. c. id constituimus. Sed large accipiꝭ, p oi eo qõ minuit de patrimonio: vel priuat ab aliquo legitimo. Bc. tñ i. c. fi. de cleri. vi. dicit q̃ ꝓstitutio, ppꝛie ẽ penal' que priuat iure quesito. vt i. c. si religiosus. c. ti. ꝛ li. ꝛ itape na ẽ q̃ punit ꝛ vindicat q̃ q̃sq̃ committit: vt i. c. pnia. ꝺ pe. di. iij. vide gl. i. c. dispẽdia. de rescri. eo. li. Et iõ illa ler ẽ penalis, ppꝛie que, p vindicta ledit vel i ꝓsona vel in alio quesito. ꝛ i. d. c. dispẽdia.

¶ Vtrũ cũ qs petit itereſſe qõ passus: vel q̃ restituat iniuste ablatum penã petat. R. q̃ si ille a quo petit eã bũit rẽ quã petit: tũc nõ ẽ pena: nec ex pte actoris: nec ex pte rei. Sz si eam nõ habuit puta q̃ petiꝭ interesse tũc ex pte rei est pena sed nõ ex pte actoris. Si vero peteret q̃ actori nõ abest nec reo aduenit: sic est pena ex pte vtriusq̃z. Et iõ solũ q̃n est pena ex parte vtriusq̃z vel saltez ex pte actoris hz locũ illud qõ dr̃. q̃ pena non est soluenda in foro aĩe nisi post pdẽnationem in glo. xij. q. ij. fraternitas. qõ no. q̃ facit ad multa: elicitur a Jpa. in. c. fi. nem. de do. ꝛ ptu.

¶ Quotupler est pena. R. vi. Prima dr̃ canonica vel legalis q̃e iponit a iure canonico vel a legibꝰ. de qua in. c. statuimus. xxvi. q. i. Et hec põt exigi tã a clericis q̃s a laicis sm Jpa. in. c. dilecti. de arbi. facit. c. si qs ꝓtumar. ꝛ. c. se. xvij q. iiij. Mã qõ fit lege pmittẽte nõ est peccatũz xxiij. q. iiij. q peccat. l. graccus. C. de adul.

1 ¶ q̃ ꝓple ꝙ pena. etiã corporalis: ꝙ ꝑuniaris. in gũ. 1. q. iij. ꝙ ꝑ in hanc mate ria vide. in ꝑte gũ.

an ꝑlati obũz imponere pecuniarias penas et cum sit aplicanda. vide. abb. in. c. peruenit. in. ꝑ. extermi. in. ꝑ. cohr. de offic. or.

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 ¶ Sed quid si nō petatur tenetur ne in foro anime illā soluere. R. q; aut imponitur ipso facto. ꝛ sic fm Bal. in li. de vsu. feu. i ti. de feudis q; licet non sit necessaria sentētia ad esse: est tamen necessaria ad executionem esse. ꝛ sequitur Archi. in. c. felicis. de penis. li. vi. vbi dicit q; ꝛ etiam talia bona trāseant in dominiū fisci: ꝛ desinant esse criminosi: sicut in bonis heretici. ꝛ illius qui cōmisit crimen lese maiestatis etiā sine sententia. Tamen necessaria ē postmodum sententia que declaret cum criminosum ante q̄s excussio fiat bonorum vel alia executio: facit glo. in aut. de ecclesiis nu. 5. i. ꝛ. in. c. qui fm leges. in fi. ō here. li. vi. facit q̄ no. Bal. i. l. iubemus. ¶. iconomus. C. de sac. san. eccle. ꝛ Bart. i l. diuus. la secūda. ff. de custo. ꝛ exhi. reo. ꝛ Butri. in. l. raptores. C. de epi. ꝛ cle. vbi volūt q; requiritur ꝓcessus declaratorius persone bānite anteq̄s deueniatur ad excussionem bonorum ꝛ ipso iure sint cōfiscata. Item gl. in aut. de tabe. ¶. penul. q̄ vult q; licet tabellio a iure sit priuatus officio. tñ sine sentētia hominis valent instrumenta. Et hoc sequitur Pa. in. c. cuꝫ nō ab homine. de iudi. Sed limitat verum: nisi factū esset notorium q; in certis non est opus cōiecturis. Intelligo ita notorium q; nullis possit tergiuersatione celari. Et ex hoc patet q; in foro anime nō tenetur eam soluere ante sententiam: nec etiam licet sit notorium anteq̄s fiat excussio dictoꝝ bonorum: q; nō tenetur illa exhiberi: nisi sibi precipiatur: vel ab eo petantur cui cōpetunt. Nec quis posset ea auferre: nisi precedat sententia declaratoria. vt patet ꝓ ea que dixi. ¶. alasinus. ¶. vlti. Sed hic aduerte q; quando talis pena applicat bona alicuius alicui: puta fisco vel alteri ipso iure: q; licet talis ante sententiam non teneatur vt dixi dare tamen nō poterit ea titulo oneroso in aliū trāsferre: neq; fructus etiam talis rei. Nō q; si cōdemnaretur ꝓ sententiaꝫ fiscus vel ille cui fuerāt applicata. Vēdicaret ea a quocūq; cū fructibus medij temporis: nec tenetur restituere preciuꝫ nisi aliquid loco precij inueniat apō alienantem vel ipsum preciuꝫ. vt in. d. ¶. i. ꝛ. c. cū fm leges. facit. l. si cū dotem. ¶. vlti. cū. l. se. ff solu. matri. Et iō ne sit cā damni illius cui alienat non potest fm ꝓsciam ꝛ etiam sine peccato mortali: nisi alienasset ꝓ necessitate vite: vt ꝓ comedendo ꝛ huiusmodi: q; ar. coꝝ que nōt Bar. in. l. post. ff. de dona. talis administratio bonoꝝ necessaria vt ē supradicta nō est prefatis interdicta: sed solum volūtaria. ab legat. l. reo. ff. de solu. l. peto. ¶. predū. ff. de leg. ij. ꝛ. l. alienationes. ff. fami. ber. nisi als cēt solūēdo ꝓ damno dato: vel nisi ei reuciaret cōditionē rei ita esse: si modo tale delictuꝫ ꝓpter qō sua bona sunt fisco applicata potest aliquo modo ꝓbari. Sed si esset totaliter improbabile posset alienare etiam ti. oneroso. Ti. autem lucratiuo alienare bene posset. Et sic intellige ꝛ limita Bal. vbi. ¶. ꝛ in. d. ¶. Iconomus. ꝛ pa. in. d. c. cum non ab homine. ꝛ Jo. an. in. c. ꝓ bumani. de homi. li. vi. in nouella. Si vero pena nō imponitur ipso facto sed venit imponēda sic similiter non tenetur ante condemnationē. l. eius qui delatoꝝ. in ꝓnc. ff. de iure fisci. ꝛ ante condemnationem potest disponere quo modocūq; vult: q; eius est res sua: licet possit ea primari. Et no. fm Bar. in. l. fi. ff. de penis. ꝛ. l. in honorarijs. ff. de acti. ꝛ obli. q; hec pena in iudicio non potest exigi post annum sed solum infra annum postq̄s quis eam incurrit. Et hoc intellige quando est mere pena taꝫ ex parte actoris seu cui applicatur ex parte rei: ꝫ fallar in aliquibus casibus: de quibus vide glo. in d. l. in honorarijs. ꝛ fm hec tene glo. in. d. c. fraternitas. ꝛ istud serua licet aliqui aliter sentiāt ꝛ male.

¶ Vtrum ad incurrendam penam que ipso facto imponit negatiue requiratur monitio. R. Jnno. in. c. exturpande. de preben. q; non incurrit ante monitionem. Pano. ibidē tenet q; non requiritur sed ipso facto incurritur. est glo. in. l. i. C. de his quib⁹ vt indi. ꝓ q̄ Bar. in. l. in cognitione. ff. ad sileia. ꝛcludit q; pena apposita nō vindicanti mortem defuncti ipso facto incurritur quo facultatem habuit vindicandi ꝛ nō vindicauit. Est etiam gl. an cle. i. de here. ꝛ bonus ter. in. c. cupientes. post principium. de elec. li. vi. Sed tu cōcorda q; opi. Jnno. quā etiam tenet Jo. an. in. c. licet. de elec. li. vi. ꝛ multi alij est vera quando ius nō prefigit terminum. Opi. vero ¶da. ꝛ Bar. intelligitur vbi ius prefigit terminum: q; tunc terminus interpellat ꝓ homine. c. potuit. de locato. ꝛ sic cōcordat Be. in. d. c. licet. Sed vbi ius imponit penā affirmatiue ipso facto sic non requirit monitio. Et nota q; tūc dī imponi pena negatiue q̄s ponit ℑ omittētem siue nō facientem q̄ facere teneť. Affirmatiue vero ponit q̄s infligitur cōmittēti seu facienti aliquid q̄ nō est faciendū. q̄ bene nota.

5 ¶ Vtrum pena imposita a iure in vno vidcať posita in alio q̄s illa duo in iure equiparantur R. q; sic. per ter. cum glo. in. c. si post q̄s. in fi. de elec. li. vi. facit glo. in. c. i. de postu. prela. qui dicit q; dispositio etiam penalis concepta in electione procedit etiam in postulatione: quia ꝓ postulationē peruenitur ad electionem. l. oſo. ff. de spon. sequitur hoc ¶da. in. c. de multa. de prebē. ꝛ in. c. fi. de mutu. peti. Sed ego in fauoralibus habeo ꝓ indubitato q; dispositio concepta in vno extendať ad aliud q̄s equiparať. per aut. item si quis liberos. C. de naturalibus lib. vbi pater vnum filium naturalē in aliquo legitimo documento appellans simpliciter filium naturalem legitimasse videtur oēs alios filios naturales qui confratres sunt: q; habēt eandem cōditionē. Sed quo ad penam est glo. singularis in contrarium in cle. i. de consan. ꝛ assi. que dicit q; pena apposita contrahentib⁹ matrimoniū non extenditur ad contrahentes sponsalia. vñ dic q; q̄s aliqua duo in iure sunt parificata cōmuniter. ꝛ est eadē ratio exꝑressa tunc statutum in vno extenditur ad aliud etiā in penalibus: sed q̄s non sunt cōmuniter parificata sed solum in aliquibus casibus: tunc nō extenditur. Similiter ꝫ ratio sit eadem tamen non extenditur pena sed solum prohibitio nisi ratio sit exꝑressa: q; tunc extendetur etiam quo ad penam. vt. ¶. dixi. ler. ¶. vi. Et sic intellige gl. supradictas ꝛ limita. ꝛ glo. in cle. vnica. de officio vicarij. Et glo. in. c. constitutionē. de regula. li. vi. ꝛ glo. in regula que a iure. de re. iur. li. vi ꝛ sic concorda.

6 ¶ Vtrum pena que imponitur ipso iure habeat locum in eo qui peruenit ad actum ꝓpinquū delicto. R. fm ¶da. in. c. i. de eo qui mitti. in pos. q; non nisi perfecerit actum. ꝫ aliter sit puniendus arbitrio iudicis. qō probatur in. c. cum in cunctis. de electio. iuncto. c. perpetuo. eo. ti. li. vi. ꝛ ibi glo. Secus de pena que venit imponenda per decretū iudicis. q; sic punit ac si pfecisset ex quo peruenit ad actum ꝓpinquū vt in. l. si quis non dicaꝫ rapere. C. de epi. ꝛ cle. ¶. lis qui cum telo. C. de siccariis. Hoc tñ non haberet locum in penis per statutū impositis q; verba statuti exigunt actum perfectuꝫ. Ita no. Bar. in. d. l. is qui cum telo. ꝛ ideo non sufficeret inchoasse. Aduerte tñ fm ¶da. in. c. Raynaldus. de testa. q; incurritur pena posita contrauenientibus alicui facto ex sola conuentione de facto q̄s q̄s non habuerit iuris effectum. vt patet in. d. c. Raynaldus. ꝛ etiam si cōtradicat de iure. l. nuda. C. de cōtraben. ꝛ cō. stipula. Item no. Bar. in. l. quicunq;. C. de ser. fugi. q; vbicūq̄s de pena capitali vl corporali loquimur subintelligiť dolus. ff. de in litem iur. l. ij. ꝛ in. l. in actionibus. ꝛ insti. de suspec. tuto. ¶. suspectus. Secus in pecuniarijs penis. vt. C. de nota. act. l. si serui. Idē tenet Sali. in. l. penul. C. ad. l. cor. de sicca. Idem Bal. in. l. data opa. C. qui accu. non po. Idem ¶dau. de ca. in. l. i. C. vbi sena. vt cla. facit glo. in. l. quid ergo. ¶. ex compromisso. ff. de his qui no. infa. ꝛ glo. in. l. ꝛ si senior. C. ex quibus causis infa. irroga. Et ibi Bal. dicit q; cōmittens per lasciuiam puta currendo equū homicidium: nō debet occidi. ꝫ statutuꝫ dicat q; homicida decapitetur.

7 ¶ Vtrū sufficiat ad obseruantiā legis soluere penam solum q̄s ꝓhibet sub pena. R. vt. ¶. in. obedientia. ¶. i. Et illud serua in conscientia. in foro aūt contentioso sufficit. facit glo. in. c. dilecti. de arbi. ꝛ in aut. de iudicibus. ¶. q; vero. vbi patet q; pena soluta que erat in compromisso nō potest peti vt stetur sententie nisi addatur vt soluta pena stet arbitrio. ff. de trāsac. l. penul. ꝛ. C. eo. l. cum ꝓponas.

8 ¶ Secunda pena dicitur consuetudinaria de qua in. c. dilectus. de offi. ordi. sed hodie nō est in vsu: sed si esset in aliquo loco posset exigi ēt a religiosis vt ibidem.

9 ¶ Tertia pena dī contumacie punitiue. Nec de iure ciuili petebať vt in. l. ij. ff. de colla. bo. ꝛ C. de mō mulcta. l. illustris. sed de iure canonico nō potest peti a patre nisi q̄ꝫtuꝫ est interesse suū. c. i. de dolo ꝛ contu. vel nisi petatur ad satisfactionē iniurie. vt in. c. olim. de iniurijs. Iudex tamen si habet potestatem mulctandi sicut habet ordinarius: vt in. l. ij. in fi. ff. de iudi. bñ poterit exigere.

10 ¶ Quarta pena dī iudicialis. ꝛ hec potest peti sicut cum quis obligauit se sub pena. r. ad probandum aliquid in. c. cum dilectus. de elec. sed hec non petitur a clericis ꝛ a religiosis nisi pro interesse suo.

11 ¶ Quinta pena est arbitralis. ꝛ hec petitur ab eo qui non seruat arbitrium. c. dilecti. de arbi. ꝛ hoc potest peti a quocunq;. vt in. d. c. dilecti. ꝛ ibi glo.

12 ¶ Sexta pena dī cōuentionalis quā partes ex iudicio inter se imponūt. ꝛ peti potest quātū interest. l. ꝑdia. ff. de ac. emp. ti. ꝛ vendi. fm Jo. ¶do. Anto. in. d. c. dilecti. Sed fm Jnno. in. c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suã.de penis.t ꝟDa.in.d.c.dilecti.põt ẽt peti si
excedat inter esse:nisi sit in fraudẽ posita:sed ñ
credo a clericis seu religiosis:secus a laicis t p̃
sumitur in fraudẽ vsuraꝝ posita qñ simplicit
est posita sup ꝓmissione quantitatis.vt in.l.cũ
allegas.C.ō vsuris.t ibi per doc.t in.l.iulian⁹
§.idez ꝟPapinianus.ff.de ac.empti.t vendi.t
Bar.in.l.rogasti.§.i.ff.si cer.pe.t canonistę in
d.c.dilecti.Secus esset si apponerẽ sup facto.
vt in dictis iuribus.Sil'r nō p̃sumeret in frau
dem qñ ꝓmittit quantitas t postea factū.t vl
timo pena ſ3 do.Anto.in.d.c.dilecti.t allegat
Butri.in.d.l.cũ allegas.t Bar.in.d.§.i.t eam
sequo:nisi cõtrahens esset vsurari⁹:q̃uis Jo.
an.in addi.ad.Spe.teneat q̃ p̃sumit in frau
dẽ.t allegat Dy.in.d.l.cũ seruus.ff.de condi.t
demõ.Et vt intelligas pono tibi exẽplũ.ꝓmit
to tibi soluere centũ.t nisi dedero dabo tibi.r.
ꝓ pena.sic p̃sumit in fraudẽ.q̃ sup quãtita
te.Aliud exemplũ.ꝓmitto tibi facere domum
portare ligna.t nisi fecero soluã penam.sic nõ
p̃sumit in fraudẽ:q̃ est sup facto.Aliud exẽ
plũ.ꝓmitto tibi centũ in tali termino.t ꝓmit
to venire ad'iudicẽ t recipe preceptũ de soluẽ
do vel dando pignora.t si nõ fecero.ꝓmitto ti
bi soluere penã:sic nõ p̃sumit:q̃ ſ3 sit primo
quantitas:tũ post est factũ:t vltimo pena.

13 ¶Vtrũ ille qui ex ipotentia nõ facit ad qõd ob
ligaꝝ sub pena cuadat.ℛ.q̃ si logmur de pena
iuris vel statutoꝝ.sic est clarũ q̃ nõ incurritur
Idẽ dic de ſnia iudicis generaliter imponẽtis
penam. puta ercõicationis. ſm Fede. consi
lio.913.t sequitur ꝟDa.in.c.ꝟD.t.B. de offi.
deleg.q̃ verba generalia debent intelligi cimili
mõ.ar.l.si cui.ff.ō serui.t in.l.ratũ.t in.l.qõ di
cimus.ff.de solu.Si aũt spãliter imponit pe
nã.puta nisi cõparcas tali die excõmunico te.
tũc ſm ꝟDa.in.c.cũ sup cã.de testi.co.si ex ſnia
aperte constat q̃ iudex voluerit cũ ligare: siue
posset vel nõ.sic cũ ſnia sit nulla cũ ꝓtineat in
tolerabilẽ errorẽ nõ ligat.c.ꝓ tuas.de sen.exco.
similiter nõ ligat si apparet q̃ nõ voluit liga
re impotentẽ.puta q: dicit si ꝓtempseris vel si
distuleris cõparere tẽ.q: nõ potens nec ꝓmit
nit nec differt.vt dicit glo.in.c.q̃ sit.de elec.li.
vi.Si Vo nõ põt perpendimens iudicis sic q̃
ad deũ non ligat:sed quo ad eccleſiam t nos.t
sic intellige glo.in.d.c.vnico.viij.q.v. t i.d.c.cũ
sup cã.sed tũ ꝓbato impedimento nulla indi
get absolutione ſm Jo.t Spe.t placet ẽt ſm
ꝟDa.in.d.c.cum super cã. si esset ſnia pape: q:

debemus p̃sumere q̃ noluerit cũ ligare.ar.t.
nostrũ.vt eccleſiastica bñficia.t sic nõ esset ir
regularis ꝛ3 celebrasset.qõ bñ nota.Si aũt loq̃
mur de alijs penis sic certũ est q: in foro aie pe
ti nõ p̃t ſm Sco.in.iiij.di.xv.q.ij.nisi quãtũ
interesse importat.facit.c.ſignificante.de pig.
t.c.ij.de cõsti.t.c.ecclſis.de in integ.restitu.Et
ad.l.incendiũ.C.si cer.pe.quę vult vt incendiũ
nõ liberet qñ quantitas est in obligatione: q:
cũ obligatio sit in genere.vt.ff.ad.l.fal.l.in rõ
ne.§.diligenter.totũ genus perire non põt.ℛ.
q̃ qñ consistit in genere obligatio. verũ est q̃
obligatio ex impotẽtia nõ extinguiꝝ:ꝛ liberet
a pena.ꝓterea dicit Aug.in.l.rescriptũ.i ſn.
ff.de pac.q̃ etiaꝛ si teneamus q̃ fiscus habeat
tacitã hypotecam in malefic⁹ a ꝑtra delinq̃ẽ
tem nõ tñ p̃ferẽ creditorib⁹:imo creditores
p̃ferunt ei.allegat ter.cuꝛ sua glo.in.l.vnica.
C.de penis fisca.Ratio quia talis tractat delu
cro captando: t creditores de dãno vitando.
facit.l.fi.§.licẽtia.C.de iure delib. t.l.vnica.C.
de impo.in.descrip.t.l.fi.C.de codi.quod nota
bene ꝓ erigentibus penam vltra interesse suũ
ab illis qui sunt non soluendo: q: tenentur re
ſtituere eam creditoribus.

14 ¶Quid si obligatus sub certa pena ad aliquid
faciendũ vel dandũ ꝓ parte impleuit t ꝓ pte
nõ er culpa sua.ℛ.ꝟDa in.c.suã.de penis.q̃ si
obligatio est diuidua nõ cõmittit penã nisi ꝓ
parte nõ soluta. Si Vo est'indiuidua sic solvet
totã penam etiã de iure canonico.Et q̃ dicaꝝ
obligatio diuidua est qñ solutio partis p se va
let quo ad partẽ tantũ quantũ totũ ad se totũ
Indiuidua Vo dr̃ qñ non valet illa pars per
se.Exemplum promitto tibi scribere bibliam
t decretũ sic si scripsi solũ bibliam nõ soluam
penam in totum:q: obligatio est diuidua:quia
biblia per se valet ſm totũ suũ.secus si ꝓmisi
set scribere bibliã t scripsi quattuor quternos
certe nõ valet ꝓ biblia. t ideo obligatio erit
indiuidua q: ad nihil per se valere possunt sine
alijs.de hoc plene nota.in.l.stipulationes non
diuiduntur.ff.de verbo.obliga.t in.d.c.fuam.
vbi addit glo.hec vera quo ad penam que cõ
mittit in non dando vel nõ faciendo. Secus
qñ quis debet recipere.puta legatũ vel heredi
tatem si sic fecerit vel soluerit:q: nisi totum sa
ciet nõ habebit.vt in.l.mennus. t.l.cui fundus
ff.de condi.t demon. de quo vide plene in.l.si
seruus.ff.si quis cautio.

15 ¶Vtrũ statuta sint licita que solũ imponunt

pecuniariã penã ꝓ homicidio:adulterio:t hu
iusmodi.ℛ.Jo.t sequit ꝟDa.in.c.ij. de delic.
puer.q̃ nõ.q: boies exponũtur venales ad de
linquendũ:q: ml'ti bene timent cruciatus qui
nõ timent penam pecuniariã:vt habeant suũ
intentũ.ar.l.in seruoꝝ.t in.l.aut facta.ff.de pe
nis.t in aut.de manda.prin.§.oportet.

16 ¶Vtrũ ꝓmittens sub certa pena habere ratũ
cõmittat penaꝛ contrauenicns de facto.ℛ.ſm
Bar.in.l.id quod pauperibus.C. de epi. t cle.
q̃ non.Secus si promisisset habere ratuꝛ t fir
mum:quia ratum refertur ad ius:t firmuꝛ ad
factum. vt in glo.d.l.

17 ¶Vtrũ tps p̃fixũ in odiũ negligentis currat
ignoranti:vel legitime impedito.ℛ. ſm ꝟDa.i
c.q: diuersitatẽ.de concess.preben.q̃ nõ.Secus
qñ p̃figiꝝ nõ in odiũ negligentie sed in fauo
rem.vt p3 in.l.genero.ff.de bis q no.infa. vbi
tempus anni currit mulieri ignoranti mortez
mariti.t vide glo.in.c.statutũ. de preben.li.vi.
Et no.Spe.de edic.instru. vbi dicit q̃ ꝛ3 execu
tor testamenti nõ potuerit exequi infra annuꝝ
nihilominus executio devoluitur ad ep̃m.ar.l.
nulli.C.de epi.t cle.t.c.nos quidez.de testa.rõ
q: est in fauorem defuncti.

18 ¶Vtrũ inder possit augeri vel minuere penã
legis vel statutoꝝ.ℛ.ſm Jo.in.c in archiepa
tu.de rapto.q̃ si ,pcedit extraordinarie sic põt
Quid ergo.ff.de bis qui no.infa.Si Vo ,pce
dit ordinarie sic nõ põt inder delegatus.vt no.
in.c.de causis.de officio dele. Juder Vo ordi
narius potest ex causa mitigare vt no.Bar.in
d.Quid ergo.t sequt ꝟDa.in.c.ij.de emptio. t
vendi.facit.c.at si clerici.de iudi.Ber. Vo in
d.c.de causis.t de accusationibus in.c.sup his
dicit hoc verũ quando potest dispensare super
crimine,alꝫ nõ potest minuere etiam ex causa
Nota tũ qñ quis pluribus legibus pro codez
delicto diuersis penis potest puniri si ab aliq̃
iudice ponitur ei minor:non poterit aliquo
modo puniri alia pena. vt in.l. qui de crimi
ne.C.de accusati.t ibi Ange.t Sali.in.d.l.qui
de crimine. Vnde tenet Tho.xxij.q.lxvij.q̃ si
dimittit penaꝛ in casu quo nõ põt tenetur ad
restitutionem cõmunitati vel accusatori si in
tererat eius vt puniretur. Si Vo aurit tenẽ
reꝛtũ quo concor. Jo.t Ray.

19 ¶Vtrũ exigens penam maiorem q̃ſ sit dam
nũ illatum excusentur.ℛ.ſm Rodoñ.q̃ si ſm
consuetudinẽ legitimã t iudiciũ regis exigunt
excusantur etiã persone ecclesiastice qñ subest

cã t ordo iuris seruat:nec est corrupta intentõ
vt.s.hoc faciant ꝓpter auariciam: sed propter
iusticiam.Tutius tñ esset pauperibus ꝓgare
illud plus.

20 ¶Vtrũ pena apposita sup ꝺctu nullo vel qui
nõ tenuit vel ipso iure vel p sniaꝛ iudicis reuo
catus est sit soluẽda.ℛ.Jnno.in.c.ij.ō pcarijs
q̃ nõ.q: vbi principale nõ tꝛ nec accessorium.
c.inter dilectos.§.cctexꝝ.de fi.instru.c.si diligẽ
ti.de fo.cõpe.c.querelã.ne prela.vices suas.

21 ¶Cui debet applicari pena.ℛ.q̃ pena iuris t
statutoꝝ regulariter applicatur fisco.qñ intro
ducit accusationẽ.l.mulctaꝝ.C.de mõ mulcta.
Sed qñ introducit actionẽ applicatur parti.l.
iij.ff.de sepul.vio. Similiter qñ loquitur sim
pliciter videtur introducere actionẽ.ar.d.l.iij.
De alijs aũt penis tenet Boff.q̃ si contingit
damnũ vel iniuria alicuius illi applicabitur.ō
pe.c.ij. Si Vo nõ respiciat damnũ alterius sic
applicabitur vel parti si est conuentionalis vl
iudici vel fisco ſm q̃ de ea est statutũ.

22 ¶Vtrũ pena imposita ꝓpter crimẽ simplici
sine p̃finitõne tpis sit perpetua.ℛ. ꝟDa.in.c.
er litteris.de consti.q̃ pena imposita ,ppter cri
men sine causę cognitione.puta ,ppter interlo
cutoriam iudicis intelligiꝝ tpalis:t durat so
lum durante eius officio:vtputa interdicit offi
ciũ vl'ercercitiũ alicui.ter.no.ſm cõmunẽ intel
lectuꝛ in.l.fina.ff.de pe.Idem no. Jnno. in.c.
q̃ translationẽ.de officio lega.qõ limita in pe
na successiua:q: momentanea pena est ꝓpetua
puta mulctauit in pecunia aut in corpore:t hu
iusmodi.facit.l.illicitas.in.fi.ff.ō officio p̃si.
Si Vo fuit imposita cum causę cognitione. t
delictum merebatur vt esset perpetua: sic erit
ꝓpetua. Secus si delictũ nõ merebaꝝ penã p̃
petuã:ar.optimuꝛ in.l.si p̃ses.ff.de pe. t fuit
dictuꝛ Oldra.qõ sequunt cõiter doc.in.d.c. ex
litteris. Jn dubio Vo intelligiꝝ tpalis.

23 ¶Vtrũ pena extendaꝝ extra territoriũ ipsã im
ponentis.ℛ. ꝟDa.in.c.postulasti.de fo.cõpe.q̃
aut respicit psonã. Et sic tenet tripl'r. Aut pri
mo'diminuẽdo ei⁹ statũ sic infamia:ercõicatõ
interdictũ:t hmõi.t sic cũ sint affectue psone
porrigũt effectũ suũ extra territoriũ ẽt q: sequãt
cũ.sic lepra leproſũ.l.er ea.ff.de postulã.pp qõ
dicit Bar. in.l.qui vltimo.ff.de pe.q̃ semel cõ
dẽnat⁹ ad mortẽ q̃uis effugiat.nihilomin⁹ re
manet seru⁹ pene vbicũq̃ fuerit.t iõ nõ pote
rit facere testñ nec ꝓtrahere t sitia. facit.d.l.q
vltimo.t in aut.sed hodie.C.ō dona.inter vir.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ꝛ vro. Aut scđo interdicendo certū locū. puta ne vadat ad talem locū. vel vt moꝛet in tali loco. ꝛ sic nō poꝛrigit ex territoꝛiū: nisi p quādā ꝓsequentiā. puta qꝛ detentus in loco habitatōnis videt. interdictus ēt est ei locus originis. cuius sit extra territoꝛiū. de quo dic vt in. l. relegatoꝛ. §. i. ꝛ. §. interdicere. ff. de interdictis. ¶ Oct quā. l. dicit Bar. qꝛ nō pōt ciuitas imponere suo ciui vt moꝛet. in tali loco nō subdito nec ēt pōt interdicere ne vadat ad talē locū nō subditū ꝛ ß qñ fit in penā illius ꝑ quē ferť snia Secus si fit statutū ne subditi vadant ad talē locū nō subditū pp cōmoditatē ciuitatis. vl' in odiū eoꝝ ad quos iret qꝛ valet. facit. l. fi. ff. de decre. ab oꝛ. fa. Aut tertio respicit certā artez. puta qꝛ nō crerceat talē artē. ꝛ sic nō poꝛrigit ex territoꝛiū. vt ē bonꝰ ter. i. d. l. er. ca. p quā dicit Bar. in. l. cunctos pplos. C. de sū. tri. q; statutū ptinēs. ꝓhibitionē odiosā nō poꝛrigit in dubio extra territoꝛiū. ꝛ ideo dicit qꝛ filia q̄ ex statuto nō succedit. cum tale statutū sit odiosū l. maximū viciū. C. de libe. pꝛete. qꝛ nihilominꝰ potest succedere in bonis alibi sitis. Et simili puto qꝛ snia pꝛiuans aliquem beneficijs suis in dubio intelligeť de beneficijs que habet in territoꝛio disponētis. Aut respicit bona. puta qꝛ publicat ea. ꝛ tunc si fit de iure cōi. sic poꝛrigit ad bona sita extra territoꝛiū. ꝛ remanēt ibi ranꝗ vacātia. sed occupanť p iudicē territoꝛij ar. l. a diuo pio. §. i. ff. de re iudi. ꝛ. l. cū vnꝰ. ff. de bo. auc. iudi. pos. Si Xo fit ō iure spāli. tūc dic vt no. Bar. in. d. l. cunctos pplos. ꝛ qō no. Jo. an. in. c. cū secundū. de here. li. vi. vbi cōcludit qꝛ pena nō extenditur vltra territoꝛiū.

14 ¶ Vtrū qs possit puniri in loco domicilij de delicto alibi cōmisso. ff. ꝓpa. in. c. licet. de fo. cō pe. qꝛ sic. nisi requiraꝛ remissio p iudicē delicti quā dz facere si delictū ē atroꝛ. als ñ si ñ vult.

25 ¶ Vtrū mandans delictum fieri in alio loco debeat puniri vbi mandauit: vel vbi cōmissū est. ff. ꝓpa. in. d. c. licet. qꝛ cōis cōclusio Bar. ꝛ alioꝝ est in. l. si vt ꝓponit. ff. de fideiuss. qꝛ vbi delictū factū est: qꝛ ibi destinatꝰ est effectus delicti. facit cle. pastoꝛalis. de re. indi. Idē dicas i teste falso q dz puniri p iudicē ad quē eius attestatio transmittit. si sciebat illne debere transmitti. ꝓpōt tñ puniri in loco vbi deliqt. ꝛ locꝰ erit ꝓcuꝛtioni si ambo iudices ꝛcurꝛāt. sic de illo q de loco exempto mittēs sagittā. vulnerauit aliū in loco nō exempto. vt in. c. i. de ꝑsōpt; ꝛ qō ibi no. Sic siliter ille q deliquit in ꝓfinib⁹ qꝛ verū est dicere in cuiuslibet territoꝛio deliqsse. arg. l. arboꝝ. ff. cōi. diuid. Secus si ignoꝛabat illuc attestationē transmitti. qꝛ tunc debet puniri vbi deliquit. vbi agit de pena falsi. facit. l. erigere dotem. ff. de iudi. vbi attēdit locus ad quē destinat effectus matrimonij. Idē dic de notario q facit falsū instrm.

¶ Quid de officialib⁹ deputatis q nō accusāt quos inueniūt de nocte. ꝛ hmōi. ff. q; peccant mortaliter si se obligauerūt ad accusandū. vel pacto vel iuramēto. Si Xo nō se obligauerūt ad accusandū. nō peccant nō accusando. nisi faciant in fauendo malis cōmittendis. Et si qd acceperūt ꝑ fi accusando tenenť illud restituere vel fisco: vel illi cui pena erat applicanda. Et vltra ēt vsq; ad complemētū pene exacte si accusassent. sm doctrinā Tho. xxij. q. lx vij. vt ꝓz. §. §. xviij. i fi. Fallit hoc in criminalibus. vbi esset infligenda pena coꝛpalis. qꝛ si desisterent ex compassione etiam si aliquid acciperent ꝑ nō accusando iz turpiter acciperent non tamen tenerenť illud restituere de necessitate. 16

Enitentia

si virtus q̄ cōmissa mala cum emendatiōis ꝓposito plangim⁹ ꝛ odimus. et plangēda vlteriꝰ cōmittere nolum⁹ mgr in. iiij. scn. di. xiiij. ꝛ est vnū ō sacris nouelegis. quo bñ dispositis semp pctā remittunť de sū. tri. c. i. §. sacrim.

¶ Pnia. v. modis dr. Prima dr solēnis que imponiť sm illū modū. de q̄ in. c. in capite. l. di. quā omitto cū hodie nō sit in vsu. 1

¶ Scđa dr publica q̄ fit in facie ecclesie ꝛ publice ꝛ differt a solēni. Tū in mō. qꝛ in ista nō seruať ille modꝰ de quo in. d. c. in capite. Tū ēt qꝛ ista pōt imponi a simplici cōfessore. sm Buil. duran. Bof. ꝛ Jo. ar. c. penitentes. l. di. ꝛ. xxx. di. si quis pꝛesbr. de pe. ꝛ re. quchitū. Nec ob. c. accedentib⁹. de exce. pla. vbi reꝓhenduntť abbates. q publicā pniam imponebant: qꝛ ibi accipiť publica ꝑ solēnitatē solū imponiť ab epo. ꝛ hoc verū nisi aliud habeat ꝓsuetudo. Item ꝛ iij. differt. qꝛ ista publica iteraťr: solēnis Xo nō potest. 2

¶ Sed quero qñ dz imponi pnia solennis vel publica. ff. ꝓpa. in. c. q̄sitū. de pe. ꝛ re. q; ꝑ delicto graui ꝛ scādaliqđ totā vrbē deberet imponi solēnis. d. c. in capite. Si Xo est graue ꝛ publicū sed nō scandaliqđ: tūc imponeť pnia publica sed nō solēnis. vt no. in. c. fi. xxvi. q. vi. nūcto. c. i. de pe. ꝛ re. Si āt sit graue sed occultū: ꝛ etiā aliquib⁹ notū. tūc nec solēnis nec publica dz ponι. Et iō reꝓbat ꝓsuetudinē illoꝝ qui mulieribus ꝑ critione pueroꝝ quos penes se habebāt in lecto ponūt publicā pniam: ꝛ vide ē in. d. c. i. ꝛ in. c. statuimus. de male. ꝛ in. c. fi. de bi. qui. fi. ꝑ. occi. 3

4 ¶ Quib⁹ pōt ponι solēnis pnia. ff. qꝛ nec clericis: nec religiosis: nec ēt laicis insignibus dz ponι. ar. d. c. in capite. Et hoc verū nisi clericꝰ sit depositus. l. di. ꝓfirmandū.

5 ¶ Quis ē effectus pnie solēnis. ff. qꝛ laicꝰ pꝰ eā non pōt ad ordines ꝓmoueri. l. di. illud. nec clericus ad supiores: vt dr ibidem: pōt tñ eos dispēsare i ordinib⁹ minoꝝibus non aūt ad sacros. l. di. placuit. Itē nō dz matrimoniuz ꝓbēpur si cōtrahit tz. Juuenis tñ nō ꝓhibeť ꝓbore. itē nec mūitiā assumere. xxiij. q. ij. §. de penitētibus. ꝛ. c. antiqui. cū alijs. c. itē nec laicalē habitū deferre. l. di. c. vltꝛ. itē dz viuere sm regulā ecclesiasticā. de pe. di. v. cōtrariū. ꝛ. c. se. Itē cōueniēdus ē sub ecclesiastico iudice. xi. q. i. aliud. de pe. di. i. aliud. itē fit ifamis nō rōne pemtētie: sed rōne crimims publicati: qō⁹ vez itellige qñ ꝑ snam iudicis ponit. Secus si ex deuotiōe quis publicā pniam facit sm Host. de officio Archipre. c. ij.

6 ¶ Tertia pnia dr priuata. ꝛ dicit Sco. in. iiij. di. xiij. q. i. circa fi. q. qꝛ de vi vocabuli penitē idē est qꝛ penā tenere. Nec aūt nō tñ importat passionē pene vt inherenti. sed etiā actionē volentis respectu pene. Vnde pnia actualis ē punitio voluntaria vel voluntas punitōnis. ꝛ in hac est considerare. Primo velle peccatū pnire seu vindicare. Secūdo se peccasse nolle siue petū dētestari. Tertio punitionē iā inflictam velle libere acceptare. Quarto penā inflictam patienter ferre. In quolibet hoꝝ actuū saluať ꝓprietas vocabuli huius penitere ꝛ in ipsis ꝑ pric cōsistit eius significatū.

7 ¶ De quibus peccatis dz hō ꝑenirere. ff. sm cōiter theologos. qꝛ de oībus peccatis mortalibus actualiter cōmissis. siue añ baptismū siue post. De venialibus Xo ꝛ sit expediens. non tñ est necessaria ad salutē in hoc mūdo. nisi in duobus casibus. Primo rōne dubij. vtrum. s. mortale vel veniale ne periculo se exponat. Scđo rōne periculi qñ dz aliquā affectionem venialē quā nisi reꝑmat dubitat ne trahat eā ad mortale sm. S. Bo. in. iiij. di. xvi. q. ij. ar. ij.

8 ¶ Vtrū requirať singulariter de quolibet. ff. ꝛ sic de cognitis. s. cū de illis spāliter cogitat ꝛ teneť spāliter de quolibet cogitare vt penitеat si adsit oportunitas ꝓportionata fragilitati hūane. aliter nō remittunť de lege cōi. De incognitis Xo si ignoꝛantia est invincibilis: vel excusabilis. nō teneť nisi in generali penitere: si Xo est crassa vel iexcusabilis: sic teneť in spāli penitere. qꝛ teneť dare operā vt ea cognoscat ꝛ penitеat. hec ex Ri. in. iiij. di. xvi. ar. iiij. q. ij.

¶ Vtrū possit agi penitentia de vno pctō moꝛ tali sine alio. ff. q; nō. qꝛ aut deus totū remittit aut nihil. ꝛ iō oꝛ penitеat de oībus. ter. est in. § item. de pe. di. iij. cōcoꝝ. Ri. in. iiij. di. xv. ar. i. q. vi. Distinguo tñ sic. qꝛ aut loquimur de pnia ꝑut per eam remittiť culpa ꝛ recōciliať homo deo. ꝛ sic cū radix satisfactionis sit vna. s. charitas que secū nō compatiť petū mortale. Ideo est verū qꝛ nō pōt fieri nisi de oībus fiat. Aut loquimur de pnia ꝓout directe respicit satisfactionē tpalis pene debite. ꝑ peccatis iaz dimissis quo ad cūl pā. ꝛ sic bene potest fieri de vno peccato sine alio. 9

¶ Que sunt partes pnie. ff. tres. contritio: confessio: ꝛ satisfactio. 10

¶ Quarta dr pnia. s. illa. que a sacerdote ꝑ peccatis confessis imponiť. de ista vide. §. confessio. vi. ꝛ. j. satisfactio. 11

¶ Quinta pnia dr illa de qua dr qꝛ regulariter ꝑ quolibet pctō mortali dz imponi septennis xxxiij. q. ij. hoc ipsū. ꝛ quō debeat itelligi Pda. declarat in. c. accepisti. de spon. duoꝝ. qꝛ debet in isto tpe semel bis vl' ter ieiunare i hebdomada. sm discretionē ꝛ iudiciū sacerdotis. ꝛ facit qō no. in. d. c. hoc ipsū. Et sic intellige oia iura vel que pniam imponunt p numerū dierū: seu annoꝝ nō specificandi modū in. c. accusasti. de accu. videť velle idē Pda. qꝛ cum ferie solēnes sint. ij. iiij. ꝛ. vi. vt in. c. penult. xi. q. iij. qꝛ sacerdos dz imponere. vt his diebꝰ singulis hebdomadis iciunet: ꝛ sic satisfactū ēt et hoc verū ni si ex cā aliud disposuerit sacerdos. vt in. c. deꝰ qui. de pe. et re. et in. c. quē peniter. de pe. di. iij. Mi cū hodie sint arbitrarie. dicit Jo. qꝛ dz sacerdos in pnia imponendo attēdere quid expediat ad salutē peccatoꝛi. etiā solū imponendo vnū pater noster. facit. c. alligant. xxvi. q. vij. sed quiť Pda. in. d. c. deus qui. vbi bonus ter. et de hoc vide Confessio. vi. 12

¶ Vtrū sacerdos possit dispensare in pena debita eā dimittendo. ff. Pda. in. c. sicut dignū. de homici. qꝛ sic. vt est pulcher ter. de pe. di. i. quē penitet. Et ideo bonū est vt sacerdos in impo- 13

Universidad de Deusto
Biblioteca

sitione penitentie dispenset cū confitente circa residuū pene si maior ells imponenda. vide ad hoc. s. indulgentia. §. v.

14 Utruz pnia facta in peccato mortali sit valida an sit iterāda. R. q fuit diuersa opi. Ri. i quol. i. q. x. tenet q satisfacit precepto confessionis: nec tenet reiterare: sed nō satisfacit pene debite in purgatorio. Alij distinguūt q pnie ex quibus manet aliquis effectus post satisfactionis actū nō sunt iterande sicut est iciuniū: clemosyna: & hmōi. alie aūt que non relinquūt aliquem effectum oportet reiterare: vt sunt orationes & huiusmodi. Sco. Vo in. uij. di. v. q. i. circa finem q. dicit q qui vere semel penitet & recipit penitentiā cōdignā impositā sibi ab ecclesia claue nō errante quantūcunqz postea recidiuet: nō tenebit̄ p illis peccatis p quibus illā pniaz recipit: nisi ad illā pniam sibi impositā: & si illam implet in charitate nō tm̄ soluit penā: sed meret̄ grām. Si aūt implet extra charitatē voluntarie soluit penā sed nō meret̄ grām. Si Vo illa pena ab eo exigat̄ extra charitatē pena quidem soluit̄: ez ipse nō soluat. prima quidē est satisfactio simpliciter: q placans & reconcilians scōa est satisfactio: q voluntaria redditio sed nō simpliciter: q nec placans nec reconciliās. tertia ē satispassio vltra quā nō exigit̄ vltrior pena. Ex quo concludit q nō est necesse talem pniaz iterare: sed solū de peccato postea cōmisso. ponit exemplū de eo qui cōmisit crimen p quo precise meret̄ manus abscissionē: vñ si isti inuito abscindat̄ man⁹ satispatit̄ & satisfit regi sufficienter: nec fm iusticiā cogit̄ ad vlteriorē penā: q̄uis nō recipiat in grāz & amicitiā sic multo magis vbi quis sibi eā infligit. Vñ si talis p̄pter nouū mortale postea cōmissū dānaret̄: ante q̄z totā pniam impleuisset nō puniret̄ eternaliter: sed solū pena correspondēte illi pnie que ñ fuit hic expleta & tpaliter: q̄ exquo p iusticiā punitiuā imposita ē semel pena tpalis. hic de petō de quo vere penituit nunq̄z ei debet̄ nisi pena tpalis. & illa soluta nulla debet̄ alia p illis petis: sed tm̄ p alijs. Sda. Vo in. c. q̄ quidē. de pe. & re. & Archi. de pe. di. iij. §. vl. tenent q nō valet sed est iteranda simpliciter Sed ego teneo cū Sco. cui⁹ opi. videt̄ aperte tenere glo. singularis in. d. c. q quidā. vbi dicit q ez nō valeat talis quo ad vitā eternā: tñ valet ei q: sentiet fructū eius: cū de alio crimine pniaz egerit. de pe. di. iij. §. vlti. vbi ēt glo. ez q nō tenet̄ talē pniam reiterare: & has gl. cōiter sequunt̄ doc. & cū eis transeunt: ez Archi. dicat cōiter tenere contrariū & male.

¶ Utrū pnia in articulo mortis dilata valeat 15
R. fm oēs q sic p dicta Ezech. xviij. In quacūq̄z hora quersus fuerit petōr &c. Ez hora mortis cadit sub illo signo quacūq̄z. ergo &c. ez aduerte q est valde periculosū vsq̄z ad illud tps expectare. Et p̄pterea dicit Aug. de pe. di. viijm c. nullus quē sero penitet. oz nō solū deū time re iudicē: sed instū diligere nō tm̄ penā timeat sed antet̄ p gloria: dz eni de crimie dolere & ō oi eius predicta varietate. hec ille. Sed cū hec cōiter ñ adsint penitēti in extremis: tñ q̄ principaliter vt plurimū conuertunt̄ tales timore mortis & inferni: p̄z q̄ nisi mors imineret nō conuerterent̄: & ideo deficit primū necessariū. s. q nō cōuertit̄ q̄ diligit deū iustū. Itē nec cōuertit̄ principalit̄ pp gloriā: sed pp penā euitādā patet si de pena nō timeret p̄sentaret i malis vt priu. Itē cōiter deficit tertiū: q̄ cū sit quasi extra se ex infirmitate nō p̄t dolere ō singulis petis sicut tenet̄ nec cōfiteri. Et ideo credo verissimū dictū Piero. in tranſitu: vix inquit de centū milia hoim: quor mala fuit vita in morte diuinā indulgentiā obtinebit vnus. hec ille De materia pnie. vide. s. confessio. vi.

Ercussio dupler est. s. tpalis que fit malo & inutili sermone cū. s. indiscretus prelatus inutili sermone pcutit corda infirmor: & hec sp̄ de se est mala & petm̄ mortale: nisi aliqua circūstantia excuset̄. vt. xlv. di. c. vlt. Alia est pulsio corporalis q̄ fit corporali manu vel flagello vel simili: verberando: & hec si fit ex malicia vt ōdio est peccatū mortale: nisi esset in modico & leui: p̄z hoc in. c. i. xlv. di. iūcto. c. cp̄m ibidē. & i c. i. de clerico pcussore. q: si est clericus dz deponi q nō fieret: nisi esset mortale petm̄. Si Vo fiat ex charitate & cā correctionis & moderate sic licita est & meritoria in oibus ptātes: hūib⁹ in subditos suos. xlv. di. cū beatus. ita tm̄ q matrē pietas patrē Vo disciplina subditis prelatū exhibeat. vt. xlv. di. disciplina.

¶ Utrū clerici possint verberari. R. q cp̄s neminē dz verberare p̄pria manibus. lxxvi. di. nō liceat. Alij Vo prelati possunt clericos in minoribus ordinibus p̄ leuibus ēt culpis verberare. xlv. di. §. salamon. dūmodo fiat p eum ad quē ptinet. de sen. excō. c. cū volūtate. §. vlt. In sacris Vo existentes verberari nō debent nisi in maioribus criminibus. xxxv. di. c. aſi oīa

vide p. Salomonē de .l. h
quid agit pater p̄ filium

& d. c. cum beatus. alioquin essent excōicati. ar. a Prio sensu in. d. c. cū volūtate. in. §. si qui vero & de hoc. s. excōicatio. v. casu. i. & quō possunt ꝫ per alios clericos facere: non p̄ laicos: & ibi ponuntur multi casus in quibus potest percuti sine excōicatione.

1 ¶ Utrū religiosi similiē possint verberari. R. q sic a suis prelatis. ēt p leuib⁹ culpis. c. repte bensibilis. de appel. & de accu. c. qualiter & q̄n. i fi. Similiter possunt p alios regulares vel clericos seculares: nō p laicos: nisi q̄n sunt incorrigibiles. vt. s. in. d. casu. i.

¶ Vtrũ ꝑcidẽs arborẽ vicini sui q̃ pendẽs sup domũ eius dabat ei dãnũ teneat.ff. ſm Spe. vbi.ẽ.q ũ:si fecit auctoritate iudicis.l.si plures §.i.ff.ar.fur.cesa. vel et auctate ,ppria:si tñ denũciauerit illi cui⁹ erat vt incideret:verũ est q hec denũciatio ,ppter foꝝ ꝓtentiosũ dz fieri p publicum instrm. Aduerte ẽt q si incideret ita male q nihil de ea posset fieri:cũ alis posset incidi vtiliter.qõ teneret in ꝑscia ad tale dãnũ. 2

¶ Quid de illis q ipedũt ne frumentũ vl alia merces veniat in aliq terra vt ipsi carius vendãt.ff.q tenent restituere illud q̃ plus vendiderũt:ꝛ ẽt satisfacere illis q̃s ipedierũt si aliq dãnũ sũt passi. Silr dic de illis q ꝓcurãt oẽs merces emere: vt postea ad libitũ vendãt q teneť ad oẽ dãnũ.l.ij.ff.ad.l.iul.de amo. ꝛ i gl. in.l.annona.ff.de va.ꝛ extraor.cri. 3

¶ Vtrũ ciues deputati ad diuidẽdũ collectas oib⁹ ſm extimatoz quã hũt in registro cõitat q aliq magis gravãt debito ꝛ alios cronerãt teneant.ff.ſm Ado.ti.iiij.resti.q si pl⁹ debito gravãt aliquẽ tenent ei ad illud pl⁹. Si ãt alleviãt vel amicos suos vel collecta ẽ deciminata puta de centũ.tũc tenet silr restituere illud alleniamẽtũ illis q⁹ dãnũ dederũt:vtputa q: sepius ẽ iterata illa collecta sup ciues:ꝛ tũc tenent ciuib⁹:vel q: dñs q debebat hre minus debito hũit fz iusticiã:ꝛ tũc dño tenent. Si ẋo collecta erat ideterminata:puta q: debebãt exigere quãtũ poterãt honesto mõ:tũc lz mortali pec cẽt se ꝛ alios alleviãdo:q: mẽtiunt saltẽ facto pnicioſe.rrij.q.ij.ꝑmũ tñ nõ tenent restituere. 4

¶ Vtrũ illi q cũ sint ignorantes assumunt aliq officia ex q⁹ ,primi dãnificãt: vt sũt notarij iudices:ꝛ hmõi tenant. vide culpa.§.vi. 5

¶ Quid de tenentib⁹ colũbas in colũbarijs.ff. ſm ꝑc.de pa.in,iiij.q tenent ad restoz de dãnis datz dñis agroꝝ. qõ limito vez q̃ cas nõ debite pascũt:vl ũ tm õ possessiõib⁹ circũ circa hũt q verisilr in ipsis vt plurimũ pascant. q iudicio boni viri credo sit remittendũ. Asten. ẋo li.v.ti.rrix.refert q̃sdã tenere. q tãtũ vtili ta'is prestãt in comedendo vermes ꝛ sterco:ꝛ çando quãtũ dãni:ꝛ iõ dicit nõ precipitandaz sniam.ꝛ ſm õdicta habes quid dicendũ est de tenentibus quecunq aialia. 6

Legata defunctoꝝ nõ implentes quõ tenent. vide executor.

Legata impedientes. vide legatũ.i.§.rrxiij.ꝛ ẽ.impedies.

Legẽ iniquã ꝓdẽtes quõ teneť. viõ lex.§.rrij.

Libellos famosos faciẽtes quõ teneant. vide libellus famosus.§.ij.

Lris dãnificans quõ teneť. vide.j.scripturas.

Litigantes temere quõ tenent. vide litigiosa res.§.ij.ꝛ.ẽ.argun..ntũ.

Locatoꝛ ꝛ conductoꝛ quõ tenent. vide locatio. §.rriij.rriiij.rrv. Et familia.§.ij.

Ludẽs quõ teneat ꝛ qñ. viõ lud⁹.§.ij.vij.ꝛ viij

Magister. Vtrũ tencatur restituere cracta a scholaribus. vide magister.§.xi.

Mandans qñ tenetur. vide mandatum.§.v. ꝛ furtum.§.rvij.

Medicus qñ teneť. vide medicus.§.i.

Meretrix qñ tenetur restituere. vide.ẽ.meretrix.§.vltimo.

Metus causa aliquid acquirens an teneat ad restitutionẽ. vide metus.§.riiij.ꝛ.rv.

Missam ,pmittens diuersis ꝑsonis quõ tenetur.§.lij.in.c.missa.

Monasteriũ qñ teneť ex facto monachi. vide monasteriũ.in ꝑin.

Moꝛosus in soluẽdo qõ teneť quõ obligat ad interesse. vide mora.§.ij.

Moꝛosus in reddenda alteri re. vtrũ teneat si perijt.ff.q sic qualitercũq ꝛ quõcunq pierit ſm Accur.in.l.q te.ff.de re.cre.ꝛ pbat p.l.cuz res.§.vl.ff.de lega.i. Qõ limito in ꝑscia verũz nisi eodẽ mõ fuisset peritura apud aliũ.

Mulier que non est publica meretrix: vtrũ teneat restituere acquisitũ ex ope luxurie.ff. Ly. videť tenere q sic.in.l.cũ te.C. de cõdi. ob tur. cãm. Alij vt Ado.ti.resti°.ij.tenent q non teneť in foꝛo aie de necessitate.lz fiscus iniuste acquisita possit auferre p.l.lucius.ff.de iure fisci. Sed ego distinguo ,p cõcoꝛdia coꝝ que no.in c.q: pleriq.de imu.ec.ꝛ in.c. ex transmissa. de deci.ꝛ in.c.nõ sane.rriij.q.v. q aut ista mulier facit damnũ alteri: puta q: scientibus vicinis suis cõmittit adulteriũ pp pecuniaz: vel aliud qõ sibi daꝛ. ex quo reddit in vilipenduz apud alios vir eius.ꝛ sic teneť de necessitate satisfacere iniurie facte alteri.ꝛ ideo ei restituere in satisfactionẽ. Aut facit sine alteri⁹ infamia. puta q: occulte ꝛ ignoraꝛ ꝛ sic nõ teneť restituere de necessitate in foꝛo aie.q: cũ nullũ ledat nisi seipsã.ideo nõ habebit satisfacere:nisi deo p penitentiã. Idem dic de masculo qui ,ppter sceleus aliquid recipit. ꝛ idem de quocunq recipiente aliquid ,ppter aliquã turpitudinẽ ſm predictam distinctionem.presupposito q ille qui dat potest dare cui vult.

Naufragiuz pacientes prędantes. quõ teneť. vide naufragiũ.§.i.ij.ꝛ.iij.

Nauta qñ teneť vide nauta.in ꝑin.

Negligens in suo officio quõ teneť. viõ negligentia.§.ij.

Omittens facere qõ teneť ne damnũ detur ,primo quõ teneat. vide furtũ.§.rxvi.

Officiales accipiendo aliquid a litigantibus quõ teneť. vide iudex.§.ix.

Pacto nudo quõ teneť. vide pactũ.§.iiij.

Palpans quõ teneť. vide furtũ.§.rxi.

Participantes in dãno ,primi.ꝛ quot modis vide furtũ.§.riij.cũ se.

Pedagia exigens vel fraudans qñ teneť. vide pedagiũ p totũ.

Penam quãdo quis teneť soluere. vide pena per totũ.

Permutatio facta in dãnũ qñ est restituẽda. vide pmutatio.§.xi.

Pignus accipiens quõ teneat. vide pignus.§ rij.vsqz.§.rix.

Possessoꝛ bone fidei quõ teneat. vide fructus per totum.

Quis dr male fidei possessoꝛ. ff. ſm Pa.in.c. gravis. de resti. spo. q est is qui possidet rem ꝛ scit ad aliũ ptinere:ꝛ econtrario. Bone fidei possessoꝛ est qui cuz ignoꝛat se possidere alienũ possidet cogitatõe dñi.ter.ẽ in.c.si virgo.rrxiij q.ij. Possessoꝛ male fidei vtrũ teneat restituere nõ solũ rem quã mala fide possidet sed ẽt ꝛ fructus ipsius rei.ff. q quilibet male fidei possessoꝛ teneť restituere rem si extat.c.si res.xiiij. q.vi.ꝛ.c.cũ tu. de vsu. vel si perijt: aut est deteriorata teneť eã restituere ſm extimationẽ illã ꝛ distinctionẽ de qua diri.ẽ.h teneri ementẽ rẽ raptam scienter:teneť ẽt nõ solũ ad fructus perceptos:sed ẽt ad illos quos ipse dñs ꝓcepisset si eam possedisset.c.grauis.õ resti.spo. ꝛ.l.in re furtiua.ff.de condi.fur.ꝛ.l.si pauis.§.vlti.ff.de rei ven. Intellige si res erat fructuosa:ꝛ de fructibus qui honeste ꝓcipi potuerũt.l.fructus.ff. de rei ven. Et quo ad ꝑsciaz limito verũ si dñs eos ꝓcepisset si talis nõ occupasset ,phabiliter q: si nihilominus nullos fructus habuisset:puta q: oia nõ locasset domũ:sic in conscia nõ teneť. Limito etiã predicta vera quo ad possessorem male fidei:qui rez habuit sine aliquo titulo.vt.l.generaliter.ff.õ re.ur. Sed quo ad possessorem predictũ qui rem habuit cum titulo: tene q nõ teneť nisi de fructibus ꝓceptis ꝛ nõ ꝓcipiendis.l.si fundum.C.de rei ven.nisi talis

titulus habitus fuerit p metū. q: tūc teneret ēt de pcipiēdo. l. sed ⁊ parᵗ. ff. qō me. cau. vbi gl. addit tres alios casus in ḡbus possidens mala fide ēt cū titulo tenet de pcipiendis. ¶Primᵘs ē qñ titulᵘ est habitus ꝯ interdicta legū. l. quēad modū. C. de. agri. censi. ⁊ colo. Scōus est qñ titulᵘ habet in fraudē creditoꝝ. l. i. ff. de bis q̄ in fraū. cre. Tertius est qñ titulᵘ habet ex emptōe rei fiscalis sine debita solēnitate: nec distinguo in istis possessoribus male fidei. Vtrū res resti tuēda fuerit aliena: puta q: nō trāsiuit i dñiuꝫ eius: aut fuerit altera debita: puta q: de iure ei uili transiuit in dñium eiᵘ: sed tū cū obligatiōe restitutionis: q: qualitercunqꝫ tenet fructᵘ re stituere ſm distinctionē predictā. vt pz. l. cū fū dus. ff. si ce. pe. ⁊ l. indebiti. in prin. ff. de ꝓdi. inde. Et clariᵘ in. l. videamᵘ. §. in fauiana quoqꝫ ff. de vsu. vbi dicit ter. Illā verbū restituat qō i hac re pretor dixit plenā hz sigmificationē: vt fructus q̄z restituant: ⁊ ō cū restituꝫ pretor inf serit veluti interdicto vñ vi: ēt fructᵘ sūt resti tuēdi. hec ibi. Ergo a fortiori cū deᵘ vl sacri ca nones hoc dicūt. Et de h vide ¶Da. in. c. grauis de resti. spo. Et glo. in. c. nō licet pape. xij. q. ij.

¶Quid si res ñ sit lucrosa nisi ex industria tñ vl sunt pecunie ⁊ hmōi. ff. ſm cōem opinionē theologoꝝ: vt pz p Sco. ⁊ Ri. in. iiij. di. xv. q. non tenet restituere lucrū sed sufficit restituat principale acceptū. ⁊ hoc tene in ꝓscia q̄ ad ne cessitatē q̄zuis aliq velint q ēt tenat restituere lucrū. vt no. Archi. xiij. q. iiij. Si quis vsurā Mo. tū ſm Sco. ⁊ Ri. vbi. s. q si directe dedit dānū: puta q: fuit necesse ꝓpter carentiā talis rei creditoꝝ emere frumētū tpe quo magis va lebat: vel recipe ab alio sub vsuris vel possessi ones distrahere ꝓ minori precio ⁊ hmōi. q tenet satisfacere damnū passo. Vñ ꝓ regula no. istā distinctionē q aliud ē esse causatiuū alicuius effectᵘ sufficieni ⁊ efficaciē: ita q sine eo nō sequeret: ⁊ talis tenet ad restitutione dāni cāti Aliud est esse causatiuū alicuius dāni: sed non sufficienter ⁊ efficaciē: ⁊ talis hz peccet: nō tū te net ad restitutionē. Quid de crpensis factis in re quā qs possidet mala fide. vid. s. crpēse. §. iij ¶Descriptio an excuset a restitutione. vide eo dem. §. xlvij. ⁊ j. vsucapio.

Raptor quō teneat. vide. s. raptor. §. i. ⁊. ij.

¶Quid de vxore filijs aut alijs qui vinūt de rebᵘ raptoꝝ. R. q aut talis raptor p taliū cōsū ptionē aut receptionē nō efficit non soluendo ⁊ tunc dico ſm Alex. lombar. q licite de hmōi bonis raptoꝝ possunt viuere ⁊ recipere. dum modo nō viuant de impie acquisitis in specie vel numero: puta de oue capone ⁊ hmōi rapti q si ita sunt mixta q nesciūt discernere tūc da beat in mente semp viuere de iuste acquisitis: ⁊ sic hz ſm predictū Alex. cū quo cōcor. Videri cus. ⁊ Blo. Ray. de talibus aūt impie acquisi tis q nō transcūt in dñium raptoris nullo mō licet alicui viuere: nisi in casibus de quibᵘ infra dicā qñ nō ē soluendo. Si vo ex tali ꝓsūptiōe efficit ñ soluēdo: puta q: tāta sūt q̄ hz restituē quāta oia q̄ hz: tūc nō hz alicui de talibus viue re: nisi in q̄ttuor casibus. ¶Primus qñ qs agit negociū spoliatoꝝ. s. inducēdo raptores ad resti tutionē. ar. c. qñ multos. xi. q. iij. ⁊ c. inter alia de sen. ex. qō limitat Rod. verū: qñ cōtinue in stant oportunis horis nō de illis q solū semel in āno vl bis instant: ⁊ hoc siue faciāt in gene rali ꝑdicatōe vt ꝑdicatores: siue spāli ꝑsuasiōe siue sequaē vtilitas siue nō. l. sed an vltro. ff. ō nego. gc. qō limito ēt ſm Directo. titn. de resti tutiōibᵘ verū: si spes correctiōis habeat: ⁊ fiat cū tali moderamie q pp h nō efficiant nō solu uēdo in totū vel i magna pte: alis nō liceret. ar. ij. q. vi. c. anterioꝝ. Scōus qñ nec p elemosynā nec alio mō honesto pōt necessaria vite inueni re: nā necessitas nō hz legē. de ꝓse. di. i. fi. ⁊ di. v. discipulos. ⁊ de re. in. qō nō est cū magna tñ pcitate dz sumere ⁊ dolere in mēte atq ꝓponere satisfacere si possibilitas aduenīret. Tertiᵘ est cū vtilē laborat bona raptoris augmētādo siue ꝓseruando aut curando: ⁊ hmōi. q: hoc ce pit in vtilitatē creditoꝝ. Intellige si vtilitas ē tāta quantᵘ sūpta. alii nō. ⁊ qō nō viuat vel ac cipiat de impie acqsitis in spē. Quartᵘ casus ē qñ quis hz multa incerta restituere: ⁊ cps cum ipo dispensauerit vt deipsis incertis tāq̄z pau per viuat. Nota ēt q preciū rerū rapta ꝝ vendi tarū nō est furtiuū. l. q vas. §. fi. ff. de fur.

Ratū habens dānū ꝓmi quō tenet. vide. s. furtū. §. xx.

Receptatores dānificantiū ꝓmū vl rerū abla tarū qūo tenet. vide furtū. §. xxij. xxiij. ⁊. xxv.

Religiosū retrahens vel a religione remouēs aliquē quō teneat. vide religio. §. lxiij.

Repetsalias faciens vel concedens qñ teneat vide repetsalia. §. ij.

Reuelare nolens rem furatā ꝓmo qñ tenet vide furtū. §. xxvij.

Riram faciens quō tenet. vide rixa p totū.

Seditionē concitans quando tenetur. vide

seditio per totum.

Seducens mulieres vel pueros subtrahendo eos qualitercūq̄z siue blanditijs siue minis ab bis sub quoꝝ ptāte sunt qui a legibus vocant plagiarij. Vtrū teneat. R. q sic. nō solū subtra ctos restituere sed ēt oīe lucrū qō habuissent ab eis bi sub quoꝝ potestate erāt toto tpe quo subtracti steterūt. fm. d. Jo. de platea. insti. de obli. que ex delic. na.

Quid de seducēte virginē. vide stupꝝ. §. i. ⁊. ij.

Sniam iniustā dās quō tenet. vide iudex h. s.

Quō tenet ille ꝓ quo data est iniusta snia. vid snia. §. vij.

Sepulturā recipientes indebite quō tenentur vide sepultura. §. xxxij. ⁊. xxxiij.

Simoniace acquisitū qñ est restituendū. vide simonia. vij. p totum.

Sociᵘs qñ tenet ex societate. vid societas p totū

Solutionē an teneat quis facere obligatus ex nudo pacto. vide pactū. §. iiij.

Solutio quō ⁊ qñ ē fiēda. vide solutio p totū.

Scripturas falsans vel destruēs an teneat. R. q sic. in solidum de oi damno dato ꝓmo p hoc: siue fiat in libris mercatoꝝ aut quarūcūq̄z alijs scripturaꝝ. l. i. ff. de magi. conue. ⁊. l. qui tabulas. ff. de fur. Idē dic de vtentibus falsis scienter. vide falsarius. §. iij.

Sed quid de occultantibus R. ſm. S. Bernar dinū in tractatu restitutionū q peccant mora liter nec possunt absolui nisi publicent. non tñ tenent ad restitutiōz. nisi qñ requisiti malicioſe pandere noluerunt. ⁊ ex tali occultatiōe postea deuentū est ad talez ꝓditionē q creditores sua hāc nō potuerūt. q: sic tenent de oi damno eo q: cām dant efficacem damno ꝓmi.

¶Quid de illo qui per lras suas dat dānū pri mo sicut si aliquis mercator scriberet q aliq merces valent multū in tali patria cū nō sit ve rū. R. q aut littere dirigebant ei cui dedit dam nū. ⁊ sic tenet ad restōz ei. Aut nō dirigebant ei. sed ipse eas aperuit. ⁊ sic hz mortaliter peccet scribēs. tū nō tenet ad restitutionē: sed sibi im putat qui eas aperuit. Si aūt mīsit. ij. vt frau dulenter decipiat aliquē. sic scribens tenet in so lidū ⁊ etiam crequēs si scienter hoc fecit vltra peccatū mortale qō cōmittunt.

Sponsalia contrahens quando teneatur. vide sponsalia. §. xvi.

Stuprans virginem quando tenetur. vide stu prum. §. i. ⁊. ij.

Tabellio qñ tenet. ⁊ quō. vide tabellio. §. vi.

Talias exigens quō tenetur ⁊ quando. vide ta lia p totum.

Testis qñ tenet. vide testis. §. xxvi. ⁊. xxx.

Torturā faciens alicui indebite. vide tortura.

Transigens ꝓpter indebitam cām quō tenet. vide transactio. §. v.

Turpe lucrū. Vtrū turpiter acquisituꝫ sit de necessitate restituendū. R. q aut acquisitū tur piter. i. cū peccato fuit aquisituꝫ intercueniente dolo fraude vel extorsione seu metu aut decep tione ⁊ huiusmodi casibus in quibus datur repetitio per actiones de dolo vel metus cā ⁊ similes. vel per officiū iudicis. Et sic tenetur ō necessitate restituere illi a q̄ sic extorsit: vl eius heredibus si quos habet ⁊ scit: vel saltem pau peribus si ignorant. ⁊ in hoc concordant doc. sequentes. Jnno. in. c. q: plerique. de imu. eccle. Aut acquisitū cuz petō ⁊ turpiter fuit acquisi tum sine dolo fraude ⁊ ceteris predictis. ita q ei qui dedit nulla competit repetitio p actiōes vel p officiū iudicis. Et in isto casu fuerūt va rij doc. Jo. in. c. cū sit. de iudeis. hz indistincte q est restituendū pauperib. Alij in. d. c. q: ple riq. allegantes Jnno sīr in cōclusione tenent. ⁊ sic videt quasi cōis opi. Sed cū nullo iure ꝓ betur dico q hz sit bonū ꝓsiliuꝫ vt in pauperes eroget. vt sic satisfaciat in quo deliquit: tū nō est de necessitate salutis. ⁊ hoc hz Car. in. d. c. ple riq. ⁊ glo. Ray. in ti. de rapto. §. sed quid. de fo carijs. Et iudicio meo etiam hoc hz Jnno. in d. c. q: plerique hz cōiter doc. qui tenēt cōtrariū ꝓ se adducant ⁊ male: q: si intelligeret illud qō dicit ipse Jnno. forte necessariū q sacerdos de beat ei iniungere vt in pios vsus erpendat q acquisiuit faciēdo illicitas negatiōes: vl qō alis iniuste acqsiit sine calūnia alicui fcā certe si bi cōtradiceret: q: supius ibidē ꝑmisit q vbicū q̄z aliqd male querit vel ex negociatiōe vel ex torsione er qua tū restituere nō tenet nō dānat eū si heredibus reliquat. Ité ibidē dixit q ma thematicus nō tenet restituere in casu ꝑdicto. Ité dicit de eo qui in ludo aliquid lucrat q nō tenet nisi fuerit in dolo aliū trahendo: ⁊ tū isti cū petō acgrūt. Et tō oz intelligat q sacerdos dz ei iniungere vt restituat pauperibus de bo no ⁊ equo nō tū de necessitate: ⁊ sic tene q: tali fauet ius naturale in retentiōe ꝓpter consensū dñi tradentis. Illā nihil tā naturale q̄z vt acq sitio fiat ſm voluntatē dñi tradentis. vt in. l. ni hil tā naturale. ff. de re. iur. ⁊ insti. de re. dimi. §. p traditionē. Et facit optie qō habet in. c. fi. de

simo. ꝛ glo. i ſũma. xiiij. q. v. ꝛ in. c. er trã ſmiſſa de deci. Et ad. c. cũ ſit. ō iudeis. q⁹ adducit Jo. dico q⁹ in penam illud eſt ſtatutũ. q⁹ aſſumpſit officium contra diſpoſitionẽ iuris: ꝛ nõ exce/det caſũ ſuum. Similiter nõ obſtat. c. nõ ſane. xiiij. q. v. q⁹ loquitur cõſultiue ſm Jpa. in. d. c. q⁹ plerigꝫ. Jlec etiã. c. ſi gs ꝓtumar. xvij. q. iiij. ꝛ. c. magne. ꝛ. c. q⁹ ſup his. de voto que allegat Jnno. q⁹ non ꝓbãt dictũ ſuũ ſi ſic intelligatur vt teneatur ō neceſſitate. Quod no. bene: quia fac it ad multa.

7 ¶ Vtrum recipiens aliquid ꝓ ceſſando a vexa/tione indebita ꝓtim teneatur illud reſtituere ſ̃. ſm Jpa. in. c. dilectus. de ſimo. q⁹ ſic. facit. l. i. ꝛ. l. generaliter. ff. de calũ. ꝛ. l. iiij. §. queſtiõe. ff. de condi. ob tur. cãm. Ratio diuerſitatis eſt: q⁹ eſt cũ calũnia acquiſitũ: ꝛ ſic ꝓtra volũtatẽ dñi ſed in caſu precedenti non. Et ex hoc ꝓ⁹ q⁹ qñ quis dicit aliquid vel ex timore etiam reueren tiali: vel vt conſequeret ſuũ debitũ: vl cuitaret altqō malũ ille qui exto: ſit ex ꝑdictis cauſis ſic tenet ad reſtitutiõ⁹: niſi ille liberaliter velit dare.

8 ¶ Sed quid de ipocrita q⁹ ſub forma boni x̃pi/ani vel religioſi: cũ nõ ſit: elemoſynas acquirit ſ̃. ſm Jnno. in. c. q⁹ plerigꝫ. de ĩmu. ec. q⁹ tenet ad reſtitutionẽ ñ forte illi qui dedit: q⁹ mercedem ſuã iam eſt conſecutus. Sed tu dic clari⁹ ſm Jo. de ripol. in ℨctib⁹ ſuis: q⁹ aut talis dãs elemoſynã vel quid aliud errat in ꝑſona: puta q⁹ credit dare Titio ꝛ dat Dyno. ſic Dynus te netur ei reſtituere vel illi cui intendebat dare. Aut errat in fortũa: puta q⁹ dat diuiti credẽs dare pauperi. ꝛ ſic talis recipiens tenet ei qui dedit vel pauperibus reſtituere niſi ipſe reci/piens effectus fuiſſet poſtea panper. Aut errat in conditiõe altera: puta credit dare ſancto vel celebraturo: ꝛ hmõi. ꝛ ꝛ tũc ſi cõditio nõ ineſt recipiens tenetur reſtituere vel ſatiſfacere p ſe vel per aliũz ſm intentionẽ dantis. Alij dicũt verum hoc ſi datum eſt preciſe tanq̃ ex cauſa finali ꝓpter illud: ſicut ſi daret ſic exꝑimendo Secus qñ dat q⁹ ſic credit: q⁹ tunc nõ tenet ſic̃ ſi darem tibi q⁹ credo ſis amicus meus cum tũ non ſis: q⁹ nõ teneris reſtituere ꝛ magiſ placet q⁹ vt dicit. l. ſi repetenti. C. de condi. ob cau. da. Conditio in corde retenta non inducit repeti tionem: maxime in caſu iſto: q⁹ vt. §. dictum eſt talis dans illi quẽ credit ſanctũ: ꝫ nõ ſit iã ha bet mercedẽ ſuã ꝓ qua dedit. ſ. ꝓ deo qui indi/cabit cã finalis ex quo aliud nõ eſt exꝑeſſum. Et ex predictis ꝑ⁹ q⁹ iſti queſtores qui faciunt ſe talis religionis cum nõ ſint: ꝛ qui ꝓmittũt dicere mꝫas miſſas cũ nõ dicant: ꝛ q⁹ nutriũt multos infirmos vel redimũt captiuos cũ tñ nõ faciant q⁹ tenenẽ ad reſtitutionẽ vel illis q dederunt: vel ꝓ quo dederunt: q⁹ ex quo petũt ꝓ tali cã dantes intelliguñ dare pro eadem ſi aliud nõ exꝑimunt. Jſlec ob. d. l. ſi repetenti. q⁹ ſatis cã eſt exꝑeſſa exquo petunt ꝓ ea. Secus de illo qui petit ꝓ deo ꝫ fingat ſe ſanctũ: ꝛ ille nõ daret ſi ſciret eum non eſſe ſanctũ: q⁹ cauſa ꝓ qua accipit eſt ſolus deus: ꝫ ſecũdaria ſanctitas ficta que nõ attendit: ſed cã ꝓncipalis. Tuto: quõ teneẽ. vide adminiſtratio. §. i.

Vendentes rem plus iuſto precio quõ tenenẽ vide emptio. §. vij.

Venatores dantes damnũ in agris qñ tenenẽ vide venatio. §. ij. ꝛ. iij.

Viſitator a viſitatis recipiens aliquid qñ te/neẽ. vide viſitator. §. iij.

Vſufructuarius qñ tenet. vide vſufructus. §. v. vij. ꝛ. xij.

Vſurarius mentalis. Vtrũ teneaẽ reſtituere id qõ eſt ſibi datũ a mutuo recipiente vltra ſor tem. ſ̃. q⁹ ꝫ doc. ſint ℨrij. In hoc tamẽ eos cõ/cordando ſic diſtinguo: videlicet q⁹ aut nõ mu tuũ accipiens dat liberaliter credens mutuan tem hoc nõ exigere vel velle: ꝛ ſic nõ teneẽ re ſtituere de neceſſitate: ꝛ iſto modo intelligẽda eſt opi. Ri. in. iiij. di. xv. q. v. ar, v. ꝛ Sco. ea. di. Alex. lombar. ꝛ Lar. in. c. conſuluit. ꝛ in cle. ex graui. de vſu. qui tenent q⁹ nõ teneẽ reſtituere. Et facit ꝓ hoc ter. in. l. inter oẽs. §. recte. ff. de fur. Vbi dℨ ℨctans rem credens inuitũ dñm cõmittit furtũ: ſed furtus nõ eſt obligatus ſi dñs erat volens: ad idem facit inſti. de obli. q̃ ex quaſi delic. na. §. placet. in fi. Jlec ob. l. ſi ego la. i. ff. ſi cer. pe. Vbi dℨ q⁹ ſi volui tibi rem do nare ꝛ tu credebas eam tibi mutuo dari nõ ef ficiẽ tua ante cõſumptionẽ: q⁹ in hoc caſu in tentio recipientis ꝛ cõcedentis diſcordant: ſed in caſu predicto cõcordãt q⁹ ille liberaliter dat ꝛ iſte ſcit ſe liberaliter datum recipere. Item ñ ob. rõ Jo. an. in mercurialibus in regula. petñ q⁹ ℨctus a principio fuit vitioſus: ꝛ ideo effe ctus ſiℨ: q⁹ verũ eſſet ſi effectus ꝓcederet a dicto ℨctu ſed nõ eſt verum ſed ꝓcedit ab alio. ſ. libera donatione qua ille donat ꝛ iſte donatũ liberaliter recipit. Aut mutuũ recipiens dat li beraliter ſed ideo dat q⁹ ꝑ ſigna vidit mutuan tem ſic velle: aut ne mutuũ auferat: ꝛ iõ ſicut dat: ꝛ tunc dic q⁹ talis tenet acceptũ reſtituere

ſe neceſſitate. Et ſic limita ꝛ itellige. c. Jſoluit de vſu. Jnno. ꝛ Jo. ac Jpa. ibidẽ cũ Jo. an. in dicta regula petñ. qui tenent q⁹ tenet.

1 ¶ Sed quõ ſcire poterit ſi dedit liberaliter vl ne. ſ̃. q⁹ ſi ſignis vel circũlocutionibus ſignifi cauit q⁹ aliquid vellet vltra ſortem: ꝛ tũc teneẽ reſtituere q⁹ nõ liberaliter dedit: q⁹ vt dicit. l. ſi Jo non remunerandi. §. idem pãpinianus. ff. mã. q⁹ qñ aliqs ſimpl'r rem concedit preſumit donare illi qui ꝓnus donauerat ſibi. Sic in ꝓ poſito q⁹ ex ſignis oſtendit ſe nõ mutuare gra tis: ideo credendũ eſt etiam illũ eo aĩo dare. ſ. nõ gratis. Si Jo nullum ſignũ oſtendit quo vellet aliquid vltra ſortẽ: ſed potius q⁹ gratis mutuabat: fatendũ eſt etiã cum gratis dediſſe. Et hoc verum niſi aliud de mente eius cõſtet.

1 ¶ Vtrũ ille qui mutuauit gratis teneatur re ſtituere id qõ ſibi datũ eſt a mutuũ accipiente. ſ̃. q⁹ ſi credit cũ gratiſ dare nõ teneẽ cuius ille nõ grat⁹ dederit: q⁹ vt dℨ. i. q. ij. nulla obligatio ſuſcipiẽti culpe maculã ingerit: que nõ ex ambientis petitione ꝓcedat: ꝛ obligatio antido/torũ iuſtã parit receptionẽ ꝑ errorẽ ſoluti. l. ſi teſtis. §. i. ff. ō fideiuſ. niſi eſſet error facti alieni vt puta putabat ꝑ ſuũ ꝓcuratorẽ eſſe ꝓmiſſuz cũ tñ nõ eſſet: q⁹ ſic teneret: Rodo. ꝛ Aſten. di/cunt q⁹ nõ teneẽ cuiuſdiu bona fides durat: nec ō ꝓſumptiõ: ſed poſtq̃ ſcit q⁹ nõ liberaliter dedit teneẽ de extantibus: niſi ꝑ vſucapionẽ vel pre/ſcriptionẽ ſua facta eſſent que opi. eſt turio: in conſcia cui illa Lan. de redul. in ſuis ℨctibus q dicit q⁹ ẽt nõ tenetur poſtq̃ ſcit nõ liberaliter dediſſe: ꝛ addit idẽ Rodo. q⁹ talis qui dedit ſi ꝫ de bonis ipſius mutuũ dantis q⁹ põt ſibi ꝑ retentionẽ cõſulere de eo qõ ſic ſoluit in ꝓſcia Qõ verũ eſt ante preſcriptionẽ ſed nõ poſt.

5 ¶ Vtrũ vſurari⁹ teneaẽ nõ ſolũ reſtituere rez ſz fruct⁹. dic vt. §. poſſeſſor: male fidei. Et ſilr de lucrato ex pecunia vſuraria. vt ibidẽ. §. i.

4 ¶ Vtrũ inducens aliquẽ ad fenerandũ conſulẽ do vel pecuniã mutuando: vel ſocictatẽ cõtra/hendo ꝛ hmõi teneaẽ ad reſtitutionem totius vſure. ſ̃. ſm Alex. lombar. ꝛ Monal. ti. vſura. v. ac Rodo. q⁹ nõ: niſi inquantũ ꝓcuit ad cũ: q⁹ in dando mutuũ ſub vſuris nõ dãnificatur primus: ſed in exigendo vſuras. Alij tñ dicũt q⁹ teneẽ. qõ nõ credo.

5 ¶ Vtrũ ꝓnete ſeu ſenſales vſuriox̃ ℨctum teneaẽ reſtituere oẽs vſuras ipſox̃. ſ̃. ꝫ Bal. in ti. de controuerſia feudi terminãda. §. ſilr q⁹ nõ. Sed gl. in. l. ſi ſciente. ff. ad. l. pompe. de pari. indiſtincte vult q⁹ teneaẽ cũ qua ꝓnenit Bar. ꝛ Ange. ibidem qui dicunt q⁹ pari pena ſunt puniẽdi tales ꝓnete: ſicut illi qui faciũt ℨctus. Hoc idẽ tz Birar. obdoñ. ꝛ ad idẽ facit l. is cuius ope. in prin. ff. de adul. multo fortius miniſter aliuſ. xlvi. di. ſicut nõ ſuo. qõ credo ve rum de ꝓnetis cooperantib⁹ in exactionib⁹ vſurax̃: vel inuenientib⁹ cautas fictiones gb⁹ vſure ſoluanẽ: q⁹ dãni dant cauſã efficacẽ. Jnõ aũt credo verũ de ꝓnetis ſolũ cooperantib⁹ vt mutuũ detur potius ꝓ neceſſitate debitoriſ ar. no. in. l ſi quã. C. ō ope. liber. Immo nec pec cant ſi ad hoc nullũ inducũt vt fenereẽ: ſed ſo/lum ad paratos dare ſub vſuris accedunt.

6 ¶ Quid de notarijs qui conficiũt inſtrã ō de/bito vſurarũ. ſ̃. ſm Birar. obdoñ. q⁹ aut palli ant vſuras in inſtrijs: puta q⁹ faciũt chartas de duplo: vel ſub noie emptionis: ꝛ hmõi: ꝛ ſic te nenẽ totã vſurã reſtituere: ſi vſurarius ipe nõ reſtituet: niſi ſm quoſdaz hoc feciſſet in fauorẽ potius receptoris mutui q̃ vſurarij: q⁹ põt te neri: ꝫ mortaliter peccent inſtrm falſũ faciens Si aũt nõ palliant vſuraſ: ſed apte ꝑ⁹ ꝓ inſtrã tũc nõ teneneẽ: q⁹ ñ dãt cãz efficacẽ: ꝛ ſm Bal. in rubrica. de ꝓbi. feu. alic. ꝓ fede. c. ij. tales con ficientes ſcienter inſtrã in fraudẽ vſurarũ. de bent oĩno ab officio amoueri ob infamiã: ar. in verbo ſcriba. ibi poſito.

7 ¶ Vtrũ teſtes taliũ inſtrox̃ ſimiliter teneaneẽ ſicut notarij. ſ̃. q⁹ ſic ſm predictã diſtinctionẽ q⁹ inſtrã nõ valent ſine teſtibus. Idem dic de prelatis qui ſe ſubſcribũt: vel ſigillant cedulas vſurariox̃. ꝛ cũ bis conco. Sof. Jo. ꝛ Dire/cto. ti. de vſuris.

8 ¶ Vtrũ aduocati, ꝓcuratores: iudices: ſtatuta rij: ꝛ alij quox̃ patrocinio: ꝛ fauore ſciẽter vſu re in iudicio: vel extra iudiciũ exigunẽ: vel non reſtituũẽ cũ repetunẽ teneaneẽ ad reſtitutionez ſ̃. q⁹ ſic inſolidũ. nec excuſaneẽ ex eo forte q⁹ ſcri pture eis ꝓrecte apparebant iuſte ſi ꝓſcia ciſ dictabat q⁹ erant de ℨctibus vſurarũ ſm Jo. ꝛ Jnno. in. c. Michael. de vſu. ꝛ Archi. i. c. ſi, gs oblitus. xiiij. q. iiij.

9 ¶ Quid de dñis terrarũ qui in terris ſuis vſu/rarios morantes nõ cogũt vt vſuras reſtituãt ſ̃. ꝫ Rod. q⁹ tenenẽ inſolidũ ſi põt ꝛ nõ faciũt etiã ſi nihil ꝓuenit ad eos. Alex. aũt lõbar. diẽ q⁹ ꝫ mortaliter peccẽt: tñ reſtituere nõ teneneẽ niſi inquãtũ ꝓcuit ad eos de ipis vſuris. Jõ aũt mortaliter peccent nõ credo verũ niſi de in deis vſurarijſ. de quibus precipit eis in. c. poſt

Universidad de Deusto

miserabilē.de vsu.vt cogant eos ad restituendū vsuras extortas. Et sil'r posset dici quo ad ipsos esse verā opi. Rodo.quo Xo ad xpianos vsurarios nō credo q; peccent mortaliter: vel tencantur ad restitutionē:nisi qñ requisiti nolent iusticiam ministrare.

10 ¶ Utrū socij tutores:factores ꝛ hmōi qui ad vsurā dant vl' vsuras exigunt ,p alijs tenean' ad restitutionē.R.fm Rodo q; si apud eos residet q̄si principalis auctoritas mutuandi: sic tenenk insolidū:si illi ,p quibus dederunt non restituunt. Si vero nō fuerūt auctores sed solum executores:sic illi qui ad solā manualē traditionē vsurarū mancipati sunt:ita q; ipsi nō tarant preciū ꝯctuū ipsox: nec cū eis cōtrahit pactū de vsura:sed solū pecuniā tradunt ꝛ pignus recipiunt.sic lz mortaliter peccent nō tenenk ad restitutionē:nisi coactiue exigant vsuras. Adis concor. Birar.obdo. Ray.ꝛ Bartholomeus brix.in.d.c.sic non suo.ꝛ addit Mo. q; ille in cuius vtilitatē versū est tenek principaliter:alter in subsidium.l.ex hoc edicto.§.i.ff.de eo per quē fac.erit.ꝛ l.eleganter.§.pe.ff.de dol. Pda.in.d.c. Michael. vult etiā vt in primo casu non teneantur si vsurarius est soluendo.sed fm qō dici tenc.

ii ¶ Utrū pupillus pro quo tutor multos ꝯctus vsurarios fecit teneaf restituere.R.q; si pupillus dicat tutori ꝛ ātō tpe habuisti pecuniā meā ꝛ ,pterea ista retineo,p lucro qō debeo et ipa habere:ꝛ sic ista intentione retineat non tenek restituere lz sit versū in suam vtilitatē 'sed solū tutor:nisi vsura excederet moderatū lucrū qō percepisset si in possessiones vel aliam iustā negociationem vt debebat ipsam constituisset vt patet.ī.tutela.§.ij.

12 ¶ Sed nunqd cū vniuersitas:ciuitas vel collegiū recipit vsurariū emolimentū singuli tenean' insolidū restituere.R.'fz Mo.in sum.ti. de pe.§.fi.q; sic.lz cā'vniuersitatis nō sit cā singulox.xij.q.ij.qui manumittit nec obligantur tanq̄ vniuersitas que aiaz nō hz sed tanq̄ singuli.c.conquestus.de vsu.c.sicut virū.vij.q.i.c. si habes.xxiij.q.iij.l. metū.§.aiaduertendū.ff. qō me.cā.,cordat' Io.an.post Alla.in.d.c.conquestus.sed Mo.ti.vsura.v.ꝛ Rodo. limitāt hoc verū de regentibus ꝛ ,phibere valentibus vel cōpellentibus aut precipientib⁹ taliter fenerari:nō aūt de alijs nisi participauerint commodū bursale vel ex hmōi relcuati fuerint ab expensis quas fecissent de suo: q; tunc in tantū restituere tenenk ꝛ nō plus.ꝛ ħ tene in ,scia cū quo Mon.,cor. Petrus de palu.in.iiij.di.xv. ꝛ Asten.ꝛ Io.an.in.d.c.,questus.de vsu.

13 ¶ Utrū impediēs volentē mutuare ḡtis ꝛ faciens vt mutuet sub vsuris teneaf ad restōem R.fz Rod.q; sic.q; impediuit indebite ,primi vtilitatē. Idē dic de impediēte ꝯctū licitū ꝛ reducente ad ꝯctū vsurariū. Concor. Mod nal.ti. vsura.iij. Idē dic de confessorib⁹ q absoluunt vsurarios aut recipiunt ad sacra vl' sepulturā q; tenenk restituere:si ex denegatione taliū fuisset facta restitutio.

14 ¶ Quid de fideiussoribus vsuriox.R.Lau. de redul.in suis ꝯctibus fm Ap. ꝛ Pdan. de eleaçaris ꝛ multos alios q; etiam si principale se constituit ,p vsuris restituendis q; nō tenek nisi intantū inquantū vires hereditatis vsurarij tpe fideiussionis valebant:ꝛ nō plus nec minus. Distinguit tū idē Pdan.inter fideiubere simpl'r,p vsur' restituēdis ꝛ sic ñ teneaf nisi vt dictū est: ꝛ int' obligare se simpl'r ad restitutōs vsurox.q; talis tenek quātū sue facultates portant lz vsurarius sit nō soluendo.

15 ¶ Utr̄ heres teneaf restituere oēs vsuras illi⁹ cuius est heres.R.q'fic.inq̄rum hereditas sufficit fm cōiter doc.i.c.cū tu.ꝛ tua nos.de vsur. ꝛ vide.s.heres.§.iiij.ꝛ vi.

16 ¶ Utrū qñ duo sunt heredes vsurarij debētes restituere.c.ꝛ diuisa hereditate de mille inter eos:vnus efficitur non soluendo de.l.an alter tenc̄atur in totuz de ipsis.c.R. Pdc.de anch.in regula.peti venia.de re.iur.li.vi.q.x viij.q; si diuisa hereditate obligatio hereditaria diuidaf ipso iure.l.i.C.si cer.pe.ꝛ.l.,p hereditarijs.C.ō heredi.vel ac.ven. Et sic si vnus efficiaf nō soluendo in foro ciuili alter nō teneaf.l. legatox. ff.de.le.ij.tñ in foro canonico in quo dicit ter. in.d.c.tua nos. q; heredes ea sunt districtione cogendi q̄ defunctus si viueret ō ad eos alienuz er delicto ꝛ petō ,pueniens teneē insolidū nec i tali ere hz locū diuisio.rij.tabulax.ar.d.c.cū tu de vsu.ꝛ vt dicit et Pda.in.d.c.tua nos. cōiter doc.in fauorē aie hic sequunt. Sed ego ,p clariori intelligentia distinguo: q; aut loquimur in rebus formaliter datis ,p vsuris:ꝛ sic cū talia sp̄ sint obligata illis qui ea dederunt teneē de necessitate illa restituere q̄s illa 'habuerit vt in.q.seq.patebit. Aut sunt res spāli empte de pecunia vsuraria spāli alicuius: ꝛ sic sil'r teneē illis de quox pecunia sunt empte.d.c.cū tu Aut loquimur de alijs'rebus q̄ nō sunt formaliter

date pro vsuris nec spāliter empte de pecunia vsuraria. Et sic tenc q; cū bona vsurariox fm cōem opi.modernox doctox in.d.c.tua nos.ñ sint tacite hypothecata,p vsuris restituēdis.q; nō teneē de necessitate nisi ,p medietate q̄tis alter heres sit factus nō soluendo:lz dicāt doc. q; opi.glo.d.c.tua nos.ꝛ antiquox doc.q tenēt q; oia bona vsuriox sūt tacite hypothecata sit in foro aie practicāda: qō intellige de bono ,silio:cū nullo iure ,pbeā.ꝛ fm hanc distinctōz intellige ꝛ limita Pdc.de ancha.ꝛ doc.in hoc.

17 ¶ Quid de accipientibus de bonis vsuriox R.distinguēdo q; aut accipiūt rez in spē datā ,p vsuris q̄ nō transit in dñium vsurarij. ꝛ sic tenc indistincte q; teneē cā restituere si certat vt notabiliter Bar.in.l. rē quā.in fine.C. de iur. dot.nec pōt extimationē dare ꝯ voluntatē dñi Lij.in prin.ff.si cer.pe.ꝛ ter.est clarus.xiiij.q.vi. si res.ꝛ.i.c.cū tu.de vsu.Et qñ nō transferatur dñium.vide.ī.vsura.ij.§.xviij. Aut accipiunt nō rē in spē datā de q̄.s.§.sed alias q̄scūq;.Et tunc distinguo q; aut vsurari⁹ cū talia accipiat est nō soluendo ꝛ sic si ħ sciunt restituere ēt obliganeē q; dant dāni cām efficacē.ꝛ si dubitant an sit nō soluendo dico q; si res adhuc certat q; teneē:ne,p're tpali in discrimine aiam ponāt fm Alex.in.iiij.parte.Si Xo ignorāt ꝛ credebant ,pbabiliter q; de bonis suis eis daret sic ñ teneē de ,supptis bona fide durante:sed soluz de extantib⁹:nisi inquantū facti sūt locupletio res aut cū talia acceperūt erat soluendo:ꝛ sic ñ teneē.ēt si postea factus est ex alia cā nō soluendo:nisi esset res hita vel empta ex pecunia vsuraria quā si habuit ti.lucrativo pōt ille ex cuius pecunijs est empta de equitate canonica eā ab eo aduocare officio iudicis. vt p̄z p glo.ꝛ doc.in.d.c.cū tu.in fi.Addit tñ Mo.ꝛ Bof.q; si talis res ēt ex cā lucrativa pueniit ad illū qui soluerat vsuras:q; ille cui prius donata fuerat liberaf.l.oēs debitores.ff.de act.ꝛ obli.ꝛ ēt vsurarius.Si Xo habuit ex titulo oneroso sic ñ teneē restituē:q̄nisi postea efficiaf ñ soluēdo.ꝛ ex predictis p̄z qd dicendū de multis questionib⁹.

18 ¶ Quid ō emētib⁹ pignora pdita ab vsurarijs R.q; teneē sic emētes rapta.ꝛ fz illā distinctōz de q̄.s.Emētes. Vex ē q; poterūt repetere vel retinere id qō verisil'r vsurari⁹ sup illo pignore mutuanit. Posset ēt teneri q; si res ñ certat.vel ignorāt dñs ei⁹ si certat nō teneri talē emptorē dare paupib⁹:nisi solū illud pl⁹ qō valebat res vitra id q̄ eā ab vsurario emit lz tutius eēt dare totuz: excepto mutuo accepto ab vsurario ab illo qui eam pignorauit.

¶ Quid ō filia vsurarij dotata.R.q; si rē hūit 19 datā i spē ,p vsuris teneē idistincte sic dictū ē de emēte pignora fz illā modificatōz. Si Xo alia habuit sic ñ teneē:nisi p ħ sit fact⁹ ñ solue do.ꝛ ħ sciebat gener:q; si ħ ignorabat nihilomin⁹ fm Rod.poterit dotē recipe ꝛ retinere ēt si postea sciat q; ē nō soluēdo:qō ē dictū mirabile.ꝛ mihi nō plz q; nullo iure,pbaf. Si Xo p ħ nō ē factus nō soluendo sed postea ex alia cā:nō teneē gener.q; hz dotē ex titulo oneroso Nec ēt filia fm Fede.,silio.xli.q; lz hēat dotē post solutū mūnoniū ex cā lucrativa q; tñ illa nō est pecunia q̄ transiuit in bonis mariti: sed est alia q̄ ,ficisci' ex bonis mariti. Jō ñ teneē Nec ob.ter.c.cū tu.de vsu.fm eundē Fede. q; vt dicit loquit de possessionib⁹ emptis ex pecunia vsuraria.ꝛ lz do. An.ꝛ Pdc.ō an. vi deaneē tenere q; imo teneē:q; lz nō fit illa:tñ succedit loco illius pecunie date. Itē q; mulier nō hz q̄rtā suā:nisi deducto ere alieno.l.pā pinianus.§.iiij.ff.de inoffi.testa.cū q̄ videt ,cordare Sco.in.iiij.di.xv.tñ ego credo verissimū dictū Fede. vt p̄z p ,dicta.nisi esset possessio empta ex pecunia vsuraria ꝛ data ,p dote.q; tūc soluto matrimonio teneret filia eā restituere.si pr̄ eius foret postea fact⁹ nō soluendo.p.d.c.cū tu q; factū legitime nō dz retractari.

¶ Quid faciet gener aut filia q; dotē habuerūt 20 aut de reb⁹ i spē datis ,p vsuris.aut cū socer eēt nō soluēdo.R.fm Birar.obdo.q; ille p quē ñ stat gn restituat ercusaf in ,scia.q; vnus fine altero restituere ñ pōt:durāte mr̄imonio. Remediū tñ esset vt si pr̄ hz multa icerta ad restituēdū:ꝛ ē soluēdo ,p certis adeat ep̄m q; ei dictā dotē tanq̄ paupi ,ccedat. si nō sūt bita in spē ,p vsuris.aut cōponat cū creditoribus.

¶ Quid de famulis vsuriox.R.q; aut fuiūt 21 vtiliū:puta laborādo agr̄:edificādo domū:babēdo curā rex:ꝛ hmōi. Et sic si vtilitas pōt cō pēsari cū eo qō accipiūt ,p mercede.sic licite eā accipiūt siue sint vsurarij soluēdo vel ñ.dūmō ñ accipiāt rē habitā in spē,p vsuris:q; talē nūq̄ lz accipe.vt.s.patuit. Si Xo ñ seruiūt vtilit sed pot⁹ inutiliter.sicut q; canes: aut ancipitres custodiunt:ꝛ hmōi.sic si est nō soluendo nullā mercedē possunt accipere.ꝛ si accipiūt teneē restituere. Idem dic de vendentibus res ad gulositatē vel pompā ptinentes.q; nō restituēdi dant cāz efficacē.facit.l.ait ,tor.ff. de his q; in

Universidad de Deusto
Biblioteca

frau.cre.t.l.fi.in prin.ff.de eo p quē fa.erit.

12 ¶ Vtrū ille q̄ mutuat pecuniā vsurario possit recipe ei⁹ restōez.ff.q. aut mutuat sciens ad ludū vel alio mō ad p̄sūmādū inutiliter t sic si ē ñ soluēdo nullo mō pōt recipe ei⁹ restōez.t si recipit teneť restituē. Si Vo ignorabat,pbabil'r q. vellet eā inutiliť p̄sumere.sic fm ¶Petrū de palu.tr.iij.di.xv.t.Asten.t Rod.poterit recipe ei⁹ restōz.multo magis si dedit vt vtiliť eā erpēderet. Idē dic q. debētes hr̄e ab vsurarijs ex p̄cto vl̄ quasi vl̄ ex delicto vel q̄si.q. pōt recipe qđ sibi debeť:lz vsurarius,sit nō soluendo.

13 ¶ Quid de seruientib⁹ vel ministrantib⁹ necessaria ad vitā vsurarij.ff.q. lz q̄ ad fo. cōtentiosū si nō est soluēdo nō possint recipe mercedez vt colligit ex glo.in.c.q. in oibus.de vsuris.tū in p̄scia credo possint recipere.nisi sint tales q ex p̄cepto charitatis teneant facere elemosynā t subuenire.qđ q̄ñ fit hēs.ś.elemosyna.ff.i.

14 ¶ Quō recipientes elemosynas vel viuentes de bonis vsurario⁹ licite possint habes.ś. Rapto⁹.ff.i.t fm illam distinctionē q. quo ad deū vsurarius rapto⁹ comparatur circa bona habita ex vsuris.

15 ¶ Vro⁹ q̄ñ nō pōt dare elemosynas t accipe de rebus viri.vide elemosyna.ff.vij.t.j. Vro⁹ ff.v.cum sequentibus.

Restitutio

scđo.f.cui facienda sit: t q̄ ordie. ¶Pro cuius declaratione quer̄unť plura.

i ¶ Vtrū res rapta vel qualitercūq; accepta iniuste a vero dño sit sp ei restituenda.ff.q. sic regulariť.iij.q.i.reintegranda.de re.spo.q̄si p totū.t ō ho.sicut dignū.ff.eos. Fallit tū hoc in.v. casibus. ¶Primus si iusto bello postea sit p̄inatus ea. Scđus si edicto imperiali siue ecclīastico sit ei interdicta ad tp̄s vel simpliciť. de here.c.excōicamus.el.i.de homi.c.p hūani.li.vi. Et tūc restitutio differeť.si interdictū ē ad tp̄s vel dabiť illi cui est applicanda p tale edictum Tertius si dñs ē pupillus vel furiosus aut minor:q. tūc nō illi sed tutori vel curatori ei⁹ restituet. Quart⁹ q̄ñ dñs mortu⁹ ē q. tūc dz restituere heredib⁹ ,p̄pie dicť. t q sint hēs.ś. heres in p̄n.t.ff.ij.t si dñs i morte oia sua reliquisset paupib⁹ distribuēda tūc paupibus dz dari fm Inn.in.c.qō sicut.de elec. Quint⁹ q̄ñ lenones t hmōi:aligd acceperūt a p̄latis eccl'asticis q. restitui nō ei dz sed eius supiori vel successori vl̄ in vtilitatem ecclesie expendāt.arg.c.si quis in atrio.xvij.q.iiij.t.c.cū vos.de offi.ordi. t.c. de hoc.de simo.t hoc auctoritate iudicis p̄siarij fm Ri.vel fm Jo.t gl. Ray. si eccl'esia satis abundat dabiť paupibus.ar.d.c.si qs in atrio. t hoc idem tz Adonal.ti.restituto.primo.

1 ¶ Vtrū res ablata ab eo q nō erat dñs sed iusto titulo possidebat sit ei restituenda.ff.q. sic. nec vero dño dz restitui sine eius voluntate.l. is cuius.ff.de fur.t.l.si qs p̄ductiōis.C.loca. ēt si sit fur q cā tali titulo alteri dedit.d.l. si quis. Fallit b̄ q̄ñ cā recepisset sub tali titulo in fraudē veri dñi.q. tūc teneret facere q. dñs cā br̄et eidē denūciando rem cante tū sine scādalo alicuius.xxij.q.v.hoc videť.

3 ¶ Vtrū hītes de bonis infidelium ex vsura t hmōi teneant eis restituere.ff.Fz Ado.ti.restitutio.iij.q. sic.nisi eccl'ia hēat bellū p̄ ipsos: q. tūc nō eis:sed paupibus xp̄ianis restitui dñt.

4 ¶ Vtrū acceptū ex turpi cā respectu dantis i casu i q̄ restituere teneť: possit restitui illi q dedit.ff.q. nō.sed dz paupib⁹ erogari.si ille q dedit potuit alienare: q. in pari cā turpitudinis potio:ē p̄ditio possidēt'.l.si ob turpē.ff.poro. ff.de p̄di.ob tur.cau.t.l.ij.C.co.ti.iucto.c. cū tu de vsu.Fallit b̄ in duob⁹ casib⁹. ¶Prim⁹ q̄ñ iuriā alteri⁹ ē datū.q. tūc illi in cuius iniuriā est datū dz restitui.vt p3 in simoniace dato.qđ restituit illi eccl'e in cuius iniuriā est datū.d.c. de ħ. Scōs casus ē q̄ñ turpiter datū t acceptū ipso iure applicat fisco vel p̄inato.q. tunc nō dz dari paupibus:sed illi cui applicat.q. ō alie no nō ē faciēda elemosyna.i.q.i.nō ē putāda si tū excepto isto casu scđo restituisset ei q dedit cēt liberat⁹ ab obligatōe restōiť q. nullo iure b ,phibeť.t pene sūt restrigēde.c.odia.ō re.iu.li.6

5 ¶ Vtr acceptū ex turpi cā respectu solū ipsi⁹ recipiētis:sit dantī restituend. in casu q̄ restituē obligat.puta dedit qs alicui ne faceret tale malū vel vt faceret id ad qđ tenebat.ff.q. sic. vñ iudex q nō vult dare sniam:nisi data sibi pecunia t hmōi ei q dedit dz restituere.l.i.t.ij.ff.de p̄di.ob tur.cāz.t exp̄ciſe in.c.nō sane.xiij.q.v. Fallit hoc in casu.c.cū sit.de iudeis.vbi ea que infidelis lucratus fuit a xp̄ianis occasione offi ci⁹ publici inter ipsos restituere teneť pauperibus fm ,puidentiam ep̄i.

6 ¶ Quid de oblatōe recepta a māifestis vsurarijs.ff.q. lz sint opi.diuerse i.c.q. i oib⁹ de vsu. tu tū dic fm Jo.an. q. aut vsurari⁹ inchoauit restituere: vel est parat⁹.t sic restituet ei vt ipe restituat gb⁹ erro⁹:sit.t sic intelligenda est scđa opi.que est in glo.d.c.q. in oib⁹. Si Vo nō est paratus restituere tūc habebit locū p̄ima opi. in predicta glo.quā sequit Bof.Inno.t Jo. vz q. fiat ep̄o.vt ipse restituat dāmificatis. qđ verū credo q. ep̄us est talis q̄litatis q. ħ faciet aliter ipse qui eā recepit dāmificatis restituet.

7 ¶ Quid si ille cui restō est fienda longe distat.t nō pōt ei mitti sine sūptibus.ff.q. nihilomin⁹ restituenda est ei:nisi sit medicū qd respectu illius cui debeť.q. habundās est.q. tūc fm Ro. posset pauperibus dari ,p aia eius.

8 ¶ Quid si nesciť vbi habuet.ff. q. non tenetur quagari vt eum querat.ar.l.q. nisi fiat.ff.i.ff.de ope.liber.t iō pauperibus dabiť.nisi expectet verisiliť rediturus.

9 ¶ Sed cuius sūptibus mitteť ei q̄ñ sciť vbi'est ff. ¶Pa.in.d.c.cuz tu.de vsu.q. si est male fidei possessor:puta fur:aut vsurarius: aut hmōi. t ipse recessit de loco vbi ea accepit vel erro⁹sit. teneť suis sūptibus eidem mittere. Si Vo ille cuius erant fuit ille qui se transtulit alibi. tunc suis sūptib⁹ emitteret.t sic intelligenda est gl. in.d.c.t sic distinguit ler in re legata.l.cū res.ff. de le.i.qđ limito vex:nisi inueniret aliqs fidus qui ēptis vellet deferre.ar.c.significāte. de pig. nō.tū fm Ber.q. si sūptus excedunt sūmā rei restituēde q. tūc pauperib⁹ est dispensanda.ar. d.c.cū tu.t.c.anteriorū.ij.q.vi. Si aūt nō ē male fidei possessor:sed aliquo iusto titulo b3: tūc credo arbitrio boni viri sit sequendū.cuius sūptibus mittat pensata cā t qualitate absentie. non fuerit in mora.

10 ¶ Vtrū cū plures sunt obligati alteri insolidū t vno soluente totū:alij teneant eidem soluēti glibet ,p pte sua.ff.¶Adonal.ti. Restō.vi.q. sic in foro p̄scie.q. vtiliť egit negociū eox.l. cū pecuniā.t.l.soluēdo.ff.de neg.ge.Fallit hoc in raptoribus:t furibus t hmōi.q. si ille qui habuit rē satisfacit nō teneť alij eidem satisfacere:nisi inquantū de talibus bonis puenit ad eos.

11 ¶ Sed qd fiet q̄ñ qs nescit cui restō ad quā tenet fienda sit:nec eius heredes cognoscit.ff.q. nihilomin⁹ paupertib⁹ vel in pias causas est restitutio faciēda ar.d.c.cū tu.t.c.diuine.lxxxvij di.t.c.ep̄s lxxxviij.di. t.c.p̄cesso.xij.q.ij. t.c.fi. vi.q.iij.c.t. de rap. vñ dicit Tho.Fa fo.q.lxij. q. si ille cui restō dz fieri sit oino ignot⁹ facta diligenti inquisitione de p̄sona eius:vel eius heredibus,dz bō restituere dando elemosynas,p salute ipsius siue sit mortu⁹ siue viuus. Et addo q. inter paupes eligendi,sunt pauperiores. t inter equaliter paupes iustiores q. si t oib⁹

debeť miserior̄dia iusto tū amplius. vt dicit Amb.in li.de officijs.t nō.in.c.nō satiſ.lxxxvi di.t vt dicit ¶Hiero.t nō.in.c.fi.xvi.q.i.in pauperibus nō tā pauptas q̄ religio attendēda ē.

12 ¶ Quid si facta restōne in p̄dictos paupes apparcat dño rei:vel eius heres.ff.q. si talis qui restituit fecit debitā dūigētiā ad ipsū inueniēdū:sic ū teneť amplius:q. bona fides ñ patiť. vt semel exactū exigat.c.bona fides.ō re.iur.li.vi. Secus si nō adhibuit debitā diligentiā. q. sic iterū teneret. q. vt dr̄ in.c. sicut dignū.ff. eos. de hoi.nō cui aliena cū ipsa potuisset eis quox fuerūt restituere:debucrūt paupibus erogari.

13 ¶ Vtrū restō predictox incertox sit necessario facienda paupibus illius loci in q̄ predicta restituenda sūt hita:vel dānū est datū.ff.Jo.t alii qui alij doc.in.d.c.cū tu. tenent q. sic. q. citius pōt puenire forte ad heredes vel ad eos quib⁹ est fienda. Sed Fed.p̄silio.xxiij.do.An.t ¶Pa. tenent q. est de bono p̄silio nō de nēcitate. t ħ tene q. iura simpliciter dicūt.q. erogatio fiat i paupes.vt in.d.c.cū tu.t i.d.c.sicut dignū. nec ob.c.i.de rap.q. ibi sciebat p̄sona cui faciēda erat restō.alis ep̄s nō fuisset motus credicare ex officio suo nisi ad petitionē ptis.c.innotuit. in fi.de elec.t.l.iiij.ff.hoc aūt.ff.de dam.infec.

14 ¶ Sed quero an requirať auctas supioris p tali restōne incertox.ff.Inn. de imu.ec.i.c. q. plerīq. dic q. dz fieri auctē p̄fessoris. Ray. Vo tz q. fiat auctē ep̄i: vel pniarij: vel capellani:in cui⁹ diocesi hita sunt.c.diuine.lxxxvij.di.c.ep̄s lo vltio.lxxxviij.di.p̄cesso.xij.q.ij. Jo.in.c. cū sit.de iudeis.t in.d.c.cū tu.tz q. nēciario reqrit auctas ep̄i. Sed tu tene cū Sco.in.iiij. di.xv. q.ij.q. lz sit bonū hr̄e p̄silio p̄fessoris aut alteri⁹ bone p̄sone.tū magis securū est q. ille q dz restituere ip̄e restituat. Et q. nō requirať alia auctoritas.tz Archi.in.c.ij.de testis.t in.c.nō sane.xiij.q.v.t. Jo.mo.i.c.q̄ēz.ō vsu.li.vi. Jo. de li. ¶Dau.t Bemi.t Jo.cal.sup clc.i.de p̄hi. ¶Pa.in.d.c.cū sit. Et facit ad hoc.d.c.cū tu.t.d. c.sicut dignū.ff.eos in glo.t in.c.tua. de testa. t alia iura que cōiter dicūt q. obligatus ad restōez dz restituere. Nec ob.d.c.cū sit. q. loquiť de iudeo de quo p̄sumit q. nō recte dispēsaret ,pterea ibi dr̄ q. fiat auctoritate ep̄i.t ideo nō extendeť ad casū dissimilis rōnis. Tū verū est fm predictū Archi.q. in.iiij.casibus ep̄s pōt se intromittere de restōne incertox. ¶Primus q̄ñ mortuo illo qui debebat restituere:null⁹ est relictus heres vel executor ad restituendū. Si

Universidad de Deusto
Biblioteca

Xo heres esset relictus: vel executor: tunc solū requireret de ꝓsilio cp̄i auctas. facit. c. de laicis xij. q. j. t. l. nulli. C. de epi. t cle. t in hoc ꝓcordāt Jo. Vin. t Ber. i. d. c. cū sit. in gl. imo ēt cp̄o ꝓhibente dūt t p̄nt restituē. vt in. c. religiosus. in fi. de testa. li. vi. Sēdus casus i quo pōt cp̄s se intromittere est qñ ille q dz restituere nō vult t in iudicio agit̄ ꝯ eū. Tertius est qñ restituens male dispensaret: puta amicis qui nō indigēt t hmōi: q cp̄s posset se intromittere: vt legitie iterū dispensaret: q nō d'factū qō aliter est factū q̄z debuit. ō re. iu. g er timore. nec ēt excusaret si interuenīēte auctē cp̄i male distribueret q cp̄s nō dz se intromittere: nisi q̄ būfiat: propterea ambo ecclesiē incurrerent iracundiā. l. si quis ad declinandā. ad fi. C. de epi. t cle. Quartus casus est qñ talia incerta sunt manifesto ꝝ vsurario ꝝ: q tūc cp̄o dispensare ptinēt vel ei auctē. Et addit Jo. de lig. in. d. c. cū sit. fm Jo. cal. in quodā ꝓsilio suo. t ffem Clarū. t Mgo. q cp̄s excōicare nō pōt de iure sacerdotes qui se intromittūt de dispensatione incertoꝝ. Exq̄ ꝓz q multo minus religiosos exemptos: t q nō est casus suus: nec sibi pōt de iure retinere: nisi in. xiij. casibus predictis. aliter bñ posset sacerdotes excōicare.

15 ¶ Utrū vsurarius sit tutus qñ p̄misso edicto generali: q qui soluit vsuras veniat infra tot dies ꝓ restitutione habenda. quib⁹ dictis elapsis cp̄s fert sniam. q cū nullus apparеat bona sūt incerta. t ipse tā q̄z incerta assignat cp̄o si post terminū predictū appareat aliquis. R. Fede. in suis consiliis tenet q sic. Sed ego distinguo. q aut sunt dispensata pie puta q: partem dedit cp̄o ꝓ mensa sua: t partem sibi retinuit: nō tū vt pauper: sed vt statū teneat. t sic non est tutus: nisi talibus satisfaciat. Et ex predictis collige q si habetur cp̄us talis conditionis qui redditus suos dispenset in pauperes: reseruata sibi solū necessitate. q tāc tales habentes dispensare incerta nō dūt id facere sine eius ꝓsilio t auctoritate. q: ꝓsumendū est q nouit melius pauperes q̄z alios alius. Si Xo talis' est cp̄s qui d paup⁹ nihil curat: sed potius de pompis t statu: aut sublimatione parentū: tunc tali nō sūt danda talia incerta: q: q tali ea daret: nō essz rutus in ꝓscia sed ipe ea dispēset vel videat quō dispensenf.

16 ¶ Quo ordine teneť quis satisfacere q plurib⁹ dz restituere: t ex diuersis causis: t nō valens oībus satisfacere. R. q ꝓmo t necessario dz restituere certa: q: si restitueret icerta ex qua restitutione efficeret nō soluendo ꝓ certis nō satisfeciset. imo potius dānationē sibi acgreret vt pz ex predictis. qō facit ꝯ heredes vsurariorū qui ꝓueniūt cū cp̄o de incertis: vt sepeliat cadauer vsurarij: cū tñ nō sit soluendo creditoribus sup certis. Secō restituendū est habentibus actiones ad rem: puta q: res restituenda est aliena que sp dño restituenda est fm q. s. patuit. Idē ēt si habeat rem que fuit alterius: t ab eo sine iusta causa abdicata: puta ꝓ metū vel aliter. ff. qō mc. cā. l. metū. §. cū aūt. Idē dic de rebus depositis si extant: Et generaliter sp dñi rerū si extant ipe res sunt preponēde oīb⁹ l. veri. §. in bonis. ff. de ꝓuri. cre. q si res extant t fuerant vendite: z sint translate in dñium ementis: tñ ipsi vendēti cuius erant est satisfaciendū de ꝓcio ꝓiusq̄z alijs. l. iulian⁹. §. offerri ff. de ac. emp. t ven. q si nō extarēt: sed alie subrogate fuerunt ex precio illaꝝ non preponenť nisi vt. j. dicam de habentibus actiones ꝓsonales. q: tales res subrogate non sūt ꝓ precio obligate. l. quidā. ff. de in rem ver. vbi est notabilis ter. t rō est q: precium ex illa re redactum nō erat obligatū: ergo nec res que emit ex ipso Idē quoq̄ dic in ꝓmutatione: q: vbi spēs in obligatione est: nō succedit alter⁹ loco alteri⁹ vt. ff. de ver. sig. l. labeo. t. ff. de rei ven. l. mater. Fallit hoc in empto ex spāli pecunia alterius. de quo dic vt. j. solutio. §. ij. Sed tñ i hoc casu nō preponeť habentib⁹ actiones reales. Post predictos habentes actiones ad rem veniunt vxores: ceteris paribus ꝓ dotibus suis q̄ preferunť nō solū pretendentib⁹ ꝓsonalē obligationē: sed ēt habentibus tacitā hypothecaz ēt anteriorē. l. assiduis. C. qui po. in pi. ha. facit. l: vbi. C. de iu. do. t. l. ij. C. de ser. pi. da. Fiscus q̄z sile priuilegiū hz cū vxoribus: t iō ꝓior tpe ꝓferet. l. q̄uis. C. de ꝓuri. fi. Ipsis tñ vxorib⁹ t fisco preferunť anteriores creditores exꝓssaz hypothecas habentes. sed nō posteriores. vt i glo. d. l. assiduis. Sed ego teneo ꝯriū q̄ ad vxores de habentibus exꝓssas hypothecas vt. s. dos. §. ij. Post ꝓdictos veniūt oēs habentes exꝓssas hypothecas t posteriores. t post ipos habentes tacitas hypothecas: t in istis habentib⁹ exꝓssas. q ꝓior est tpe potior est in iure. Aduerte tñ hic q expense facte in funerando prius sunt restituende q̄z satisfaciendū habentibus tacitas vel exꝓssas hypothecas in bonis

